Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google


MVSEVM
HISTORICO-LEGALE
BIPARTITVM.

In cuius primo libro ſub præſtantiæ Muſices inuolucro
diuerſæ Diſciplinæ pręlibantur:

In Altero verò quædam de Angelis, Cælis, Planetis, Anima, & Elementis apertiùs expenduntur.

Ex probatis Authoribus collectum, & in vnum congeſtum
A B
ABBAT. DON CAROLO PELLEGRINO
Vtriuſque Iuris Doctore, Sac. Theol. Profeſſore,
Prothonotario Apoſtolico, ac Patritio
Ciuitatis Caſtriuillarum.

Cum Indice Rerum Notabilium in fine cuiuslibet Libri.



ROMAE, Ex Typographia Fabij de Falco. 1665.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

ALEXANDRO VII.

PONTIFICI OPT. MAX.

CAROLVS PELLEGRINVS PERPET. FOELIC.

CVM primùm toti Reipublicæ Chriſtianæ aſfulſit auſpicatiſſimum illud in vertice tuorum montium Sydus, Beatiſſime P. tùm verè intelleximus deſignari Sapientiſſimæ Prudentiæ tuæ perſpicaciſſimum oculum, Vrbi, & Orbi regendis inuigilaturum. Enimuerò tui Colles in ſpem nos inducebant, Sanctitatem Tuam reſtauraturam, redintegraturamque, nedum in Vrbis Collibus Doctarum Muſarum gloriam, vt ſeptem earum Artes, muſico dixerim ordine, ac concentu inſtructæ, tuis ab auſpicijs maximè florere conſpicerentur; quin & in totum Chriſtiani Orbis Imperium, Tranquillitatem breui reuocaturam; nec Pythagoræ ſomniatus orbium concentus, ſed fauſtiſſimo in ſydere prætonatam gratulabamur publicæ fœlicitatis, optimique regiminis harmoniam; adeo vt inextricabile, atque confuſum Chaos tot malorum in Europa graſſantium, tuo ſpiritu afflante, breui abiret in concordiæ melos. Neque Nos tuas oues ſpes fefellit, Beatiſſime Paſtor, etenim Tu FABIVS antè ſemper MAXIMVS, factus ALEXANDER ſupra MAGNOS ter MAXIMVS, totum Orbem, non tibi, ſed Chriſto ſubacturus, exuto nomine Cunctatoris, Feſtinatoriſque aſſumpto, primùm Mortem ipſam proculſiſti, cum Nobis Aeſculapij, & Cereris opes paterna cura ad miraculum vſque prouidus ſubminiſtraſti; atque *illuminans Tu mirabiliter in Montibus æternis*, calamitatum tenebras diſpuliſti; eodemque fermè tempore Pacis Symphoniam vaticinatus es, (an

Digitized by Google

fractus tuæ Quercus, Didonea præſtantioris, oraculo; vel potius Pietatis erga Chriſtum fiducia, quæ arma Diuinæ Iuſtitiæ extorſit, Iramque cæleſtem auertit.) Ita prorsùs eluſa cuiuslibet ætatis inuidia, deſinit Antiquitas Orphei ſtatuam admirari, quæ ad Alexandri olim aduentum ſudore maduit in libetris: dum longè melior, ac optimus Alexander, fauſto aduentu, Orphei ſuauitatem toti Mundo fæliciter ádauxit; Catholici Orbis è fronte, ſudores, ac ærumnarum lachrymas terſit; Cacophoniam, atque diſcordias, quæ filiorum Animos diſtrahebant, profligauit; optatam Pacis Euridicem, Auerni aſtibus ereptam, Sanctiori Prudentiæ Plectro reduxit; Idque tandem effecit; vt poſt grâue malorum Diateſſeron, Diapente dulce ſonaret. Hæc me quoque prodigia, ad humillima Sacrorum pedum oſcula prouolutum, ſuaſere, quo Tuæ Beatitudini gratulaturus, publicos inter lætitiæ plauſus, priuatum hoc exhiberem pignus obſequij; auximque ſupplex, opuſculum hoc, (cui nomen Tui Colles, Muſarum Sedes, impoſuere) animi deuotiſſimi monimentum, benigni ſideris aſpectui, ſubijcere. Retrahebat me, fateor, Maieſtas Tua, ne Tibi grauiſſimis curis, maximarumque rerum ponderibus occupato, intempeſtiuis nugis obſtreperem: ſed allexit Clementia, qua, *Solis* inſtar, minima quæque, vel deſpicabilia non dedignaris; exploratumque fecit, Beatitudinem Tuam, totius Mundi, qui Dei templum dicitur, Capellæ ferè magiſtram, ita rectum in regendo ordinem, concentum veluti muſicum, ingenij fælicitate, moderari, vt grauibus, ac Maximis, vel Semiminima, te mouente, ac influente, non diſſonent. Maximi namque Principis proprium eſt (Plinio adſtipulante) magna elargiri, & parua benignè accipere. Ad cuius Gloriam attollam perpetuò vocem, grati animi indicem, illudque canticum intonabo, quo ſingulæ cientur Creaturæ ad celebrandas miſericordias Domini; quem, Tuamque Beatitudinem omnis ſpiritus laudet. Vale pro totius Chriſtiani Orbis bono diù Fælix. Rom. Prid. Id. Martij 1665.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI AVTHOR.

QVisquis Muſicam laudare velit, vel ipſius Diui Bernardi [a], *ac Tiraquelli* [b], *teſtimonio laudabilem, Noctuas Athenas, & aquam Oceano, vt dicitur, attuliſſe comperiet. Meum itaque inſtitutum huic labyrintho implicari, tamquam immenſum pelagus adire haud eſt; ſed occaſionem ſcribendi cauſidicus quidam (in controuerſia inter Virum quemdam, & Muſicæ Magiſtrum, cui imbuendum pactis adiectis infra certum tempus filium ſuum tradiderat,) præſtitit, qui hanc Muſices artem, ignobilem interpellare non erubuit. Cui tunc, vt par erat, vim vi repellendo* [c], *reſponſum fuit, ſe nempe in principijs errare, parumque in ſcientijs verſatum ſe prodere; ſciret enim ſi benè ſtuduiſſet, Muſicam, vnam ex ſeptem liberalibus artibus eſſe, & non ignobilem effutiret. Hinc factum eſt, vt decurrentibus diebus Canicularibus, ad Animi mei leuamen, tunc temporis magis ſerijs ſtudijs cuiuſdam Praxis fori Eccleſiaſtici, tū ciuiliū, tum criminalium cauſarum implicati, (vt breui Deo Dante) animum ipſum ab omni graui cura relaxare, & recreatione quadam ad Muſicæ dignitatem tuendam conuertere, calamumque conferre decreuerim, ad hoc, vt reipſa Cauſidicus ille Palinodiam canere cogeretur. Quapropter animaduertendum cenſui, nihil hìc proprio Marte efformatum inuentum iri, nihil fictum, nihilque falſum, ſed omnia, quæcumque illa ſint, ex probatis, & Claſſicis Authoribus elicita eſſe dignoſces; Illius Axiomatis Iureconſulti memor* [d], *aſſerentis:* Erubeſcimus cum ſine lege loquimur. *Erubuiſſem equidem, ſi abſque Doctorum auctoritate loquutus fuiſſem, quæ pro lege, vbi lex deficit, ſeruanda eſt* [e]. *Vnde, ne mihi vitio vertas rogo, ſi quædam ex varia lectione quæſita, aliquando eiſdem ferè* ver-

a in ſermon. de B. Virg.
b in tract. de nobilitat. p. 1. c. 34. n. 10.
c ſec. text. in cap. ſignificaſti. 2. de homic. vol. cap. ſi verò 1. de ſent. excom. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. l. 1. §. vim ff. de vi, & vi armat. & l. ſcientiam §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil.
d in Aucthē. de trient. & ſemiſſ. §. cōſideremus. collat. 9. & l. qui filium §. Sabinus. ff. ad Trebellian.
e ad tradit.

in l. ſi idem cum eo.ff.de iuriſd.omn. Iudic. vbi Angel. hoc not,& Hoſt. in ca. inquirendi de pecul. Cleric.

veris, quibus ab Authoribus enarrata inueniuntur, mutuatis enunciabo: quia præſens opuſculum non eloquentiæ oſtentationem, ſed quorumdam tantùm ad muſicam facientiũ congeriem profitetur. Itaut licet cultiori ſermone, elegantiorique elocutione vti potuiſſem: appoſitè tamen abſtinuerim, in Muſicæ Profeſſorum etiam Latinum Idioma haud perfectè callentium gratiam; communi ſolùm, ac familiari, ſecundum omnium ferè Iuriſtarum ſtylum contentus, cum ob id Italicè prius ſcribere deliberauerim. Obijcere tamen Aliquis poſſet, omnia, quæ dicam, alibi inueniri, huiuſcemodi relicto labore.

f Eccleſiaſt. c.1.nu.10.
g in And.
h Ald.Man.
i in proœm. Decretal. col.1.
k Epiſt.8.ad Lucill.
l epiſt.5.

Fateor: Nihil enim ſub ſole nouum [f], nec valet quiſquam dicere: hoc recens eſt, iam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos. *Et Terentio teſte* [g]: nihil dictum, quod non dictum ſit prius. *Sed meminiſſe precor Adagij* [h]: ſi non noua, dic nouè. *Nam, vt aduertit Baldus* [i]; *licet tot ſcripſerint, qui Mundum illuminauerunt; nihilominus adhuc multum reſtat operis, multumque reſtabit; Nec vlli nato, poſt mille ſæcula, præcludetur occaſio aliquid adhuc adijciendi; & iuxta Senecam* [k]. Inuentis inuenta non obſtant; & *alibi* [l]; patetque omnibus veritas, nondum eſt occupata, multum etiam ex illa futuris relictum eſt. *Cum intellectus, inſtar Solis, oriatur, & occidat; vadat, & redeat, & numquam moriatur, ſed ſuis vicibus occultetur. Nouiſſimis tamen his temporibus ſcribens Naturam imitari debet; ſicuti enim ipſa, alimenta, quæ in humano corpore recipiuntur, ſtomacho eadem integra, & ſolida diù eſſe, & in eadem qualitate perſeuerare non ſinit, ne eidem malè oneri ſint, ſed ſua concoctione per partes diuidendo, ex eo, quod prius erant, immutat, ac in aliam ſubſtantiam transfert, & redigit; ſubtiliores quidem in vires, & ſanguinem conuertendo: craſſiores verò in fæces, & excrementa proijciendo: Sic ille in his, quibus aluntur Ingenia præſtare conetur; adeò vt quæcumque ex varia librorum lectione hauſerit, integra eſſe non patiatur, ne cuius fuerint, appareat: ſed per partes etiam diuidendo, ſua propria*

quaſi

quaſi concoctione digerat; ita vt quæ aliena erant, diuerſo methodo diſtribuendo, in aliamq; ſubſtantiam conuertendo, propria reddat, ac videri faciat, licet non ſua fuerint. Idem quoque in multis animalibus eamdem Naturam facere videmus, ſignanter in Apibus; ipſæ namque ſuo inſtinctu diuerſos campos commeando, vagantur, varioſque flores carpunt, ſed quidquid attulere, per fauos diſponendo diuidunt, & ſuccum ex varijs floribus hauſtum in aliam qualitatem transferendo, in dulce mel ſpiritus ſui proprietate mutant, & conuertunt; ſic ille, qui nunc ſcribit, facere debet, vt quæcumque ex varia lectione quæſiuerit, proprio ſtylo committendo, ſuoque ordine diſtribuendo, diuerſimodè, vel in plura aliquando diuidat; nam & in animo meliùs diſtincta ſeruantur, cum ipſa diſtinctio magno cum lucro, fermento quodam in vnius ferè ſaporis vſum, varia libamenta confundat, itaut etiam ſi alienum apparuerit, vnde ſumptum ſit, agnoſci non valeat: vel ſimul aliquando coagmentet, nam & in vnũ recollecta, proderunt, delectabunt, commodiuſque deſeruient, ne multos reuoluendo libros, quos ſæpè non habent, lectores faſtidiantur. Neque hoc, defectum aſſeras, cum ferè omnes fecerint. An cenſuræ obnoxius Petrus Lombardus, *qui collegit* Patrum *ſententias, vnde Magiſter dictus eſt ſententiarum? Neque verò reprehendendus* Papirius *præſtantiſſimus Iuriſconſultus, qui leges Regias ſparſim latas in vnum congeſſit, adeò vt huiuſmodi liber appellari meruerit* Ius Ciuile Papirianum, *non quòd ipſe fuerit legum Author, ſed quia eas ſub ordine redegerit. Quod ſi ludicrum opus hoc quiſquam dixerit, verum aſtruet: nam &* Muſica *dicti ſunt apud Theſpienſes Muſarum ludi, in quibus proponebantur Cantilenarum, & harmoniæ præmia victoribus. Caue autem tu, mi* Lector, *ne victus in hoc ludo dignoſcaris ex voce, ſi nimirum inſulſi vocem capitis, aut venenati pectoris Cachophoniam promas; quin potius dulci beneuolentiæ ſono, tibi ipſi canas in hoc Muſeo victoriam. Quare ſi quid boni inuenies, Deo refer: ſin minus, illud ſaltem non*

pæni-

Digitized by Google

pænitebit, inter tot graues, ac præſtantiſſimas Aliorum lucubrationes, me quoque ſybaritam cum Diogene dolium volutâſſe; atque e Sybaritito patrio ſolo Sybariticum otium, turpes inertias non contraxiſſe, nec hauxiſſe. Vale.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

O. Archiep. Patrac. Viceſg.

Imprimatur,

Frater Hyacinthus Libellus Sacri Apoſtol. Palatij Magiſter.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

p. Partem, c. Caput denotat.

Totius Libri Seriem, qui noſcere quæris,
Hæc, quæ ſubijcio Carmina pauca lege.

p. 1. c. 1. Muſicus vnde trahat; ducat quoque Muſica nomen,
c. 2. Quotque habeat ſpecies, te liber iſte docet.
c. 3. Quando, Vbi, quis fuerit, primuſque Inuentor habebis,
c. 4. Quid, qualis, methodus te breuis ipſa monet. c. 5.
p. 2. c. 1. Nobilis, Antiqua eſt, Templis auditur, & ipſis. p. 3. c. 1.
c. 2. Excipiunt dulces, & loca ſacra modos,
c. 3. Compoſitum numeris totum eſt, Cœlique mouentur. c. 4.
Harmonicè; eſt Anima noſtra creata modis. c. 5.
c. 6. Humanum corpus; necnon Elementa viciſſim. c. 7.
Inuenies numeros ſemper habere ſuos.
p. 4. c. 1, Artes ritè iuuat; ſenſuſque hæc Muſica Legis. c. 2.
Aduerſo laudes comprobat vſque ſuas.
p. 5. c. 1. Scire facit; multas, hominumque hæc ingerit Artes,
c. 2. Expelli, quamquam ſit ſtrepitoſa, nequit.
p. 6. c. 1. Hanc Sancti coluere; triplex queis fronte corona. c. 2.
Inſidet; & rubra cyclade membra tegit. c. 3.
c. 4. Præſule. c. 5. Presbyteris; & quos Relligio iunxit. c. 6.
Digna fuit; c. 7. Faſces, Regia Sceptra tulit. c. 8.
c. 9. Principibus, Ducibus, quos Ius ſapientia fouit. c. 10.
Fauit; adhuc Medicis Muſica grata fuit.
c. 11. Pictori placuit, nec quas imbellis habebat. c. 12.
Sexus in harmonicos non abiere modos.
p. 7. c. 1. Hanc exempla probant; Sacris antiqua vetuſtas c. 2.
Vſa eſt; c. 3. hanc Menſæ; c. 4. Funera; ludus habet. c. 5.
c. 6. Contra hanc quidquid habes, ſoluo, ſententia Patrum p. 8. c. 1.
Hanc laudat; ſimilis comprobat albus olor. c. 2.
c. 3. Muſica ſirenum ſimilis concentibus; adde
c. 4. Muſis; Angelicum dicitur eſſe melos.

Digitized by Google

p.9. c.1. Effectus perpende: iuuat c.2. & prælia, pacem c.3.
Non lædit; Numeri Bruta vel ipſa mouent. c.4.
Hæc miranda facit; fugiunt Furor, Ira, Dolores, c.6.
c.5. Curantur Morbi, Vita perennis adeſt.
c.7. Muſica Miragarit, iuuat aures carmine blando,
Confortat vires, ingeniaque fouet,
Hanc Tu Diuinum munus dubitare caueto
Quiſquis es: eſt nullis artibus iſta minor.
Addere quid plura hic? paucis quæ diximus, ipſo
Fuſius in libro. Lector Amice, Vale.



Per-

Per Illuſtri, ac Reuerendiſſimo D. Abbati

CAROLO PELLEGRINO

I. V. D. Artium, & S. Theologiæ candidato; ac Prothonotario Apoſtolico.

Fr. Thomas Rhenus à Biſiniano S. Ord. Minimorum Alumnus F. P.

PErvetuſta illuſtris familiæ tuæ in Patriarcham noſtrum D. Franciſcum de Paula, ac præcipua in me honoris, ac beneuolentiæ argumenta, quibus à te humaniſsimè ſemper afficior, tuo me iam obſequio mancipatum comprobare non deſinunt. Vellem ſanè debentis animi mei iura ſoluere, ſed vnde accipiam, non habeo, licèt vnde maiora beneficia in dies experiar, ſatis habeam. Opportune enim forum nactus noui te, noui fratres tuos, quorum ſingulorum præclariſsimas nō ſemel demiratus dotes, conſertis ſermonibus, non ſine magna rudis ingenij mei cultura, plura didici. Hinc ex induſtria omnigenarum litterarum, ac virtutum contemplatus cultores, qui ex vna Domo tua prodiere, licæumne illam dixerim, an Muſeum, hæreo, niſi veriùs vtrumque affirmauerim ſiſtendo. An non Muſeum dixerit, qui quatuor germanorum fratrū altercantium in litteris geniorum, veluti per Muſicæ notas aſcendentium, ac deſcendentium, in vnum tamèn indiſſolubilis amoris nexu concordantium concentū percipit, & harmoniam? An non licæum cū tot diſciplinarum ſpecimina vna Domus tua Pellegrina in ſe collecta teneat, quot diuiſa percelebres efficiunt Prouincias, nedū Ciuitates? Exordiar (Antiquioribus omiſſis) ab Auo tuo, qui in Patauino licæo toto orbe celeberrimo Laureatus peritiam medendi, & ſi non ſupergreſſus eſt Hypocratis, aut Galeni, profectò coæquaſſe, experientia ipſa docuit. Veniam ad Patrem tuum Principibus, ac Regni noſtri magnatibus omnibus ſummè carum, qui Iuris prudentia peritiſsimus Præturam ſæpius exercens in regundis Populis tanta concordia amorem, & morum maieſtatem in vna ſede morari probauit, vt tamen à Clementia iuſtitiam non diſſociarit. Quid tandem de Auunculo tuo P. illo Martiali dicam? Qui Illuſtriſsimæ PP. Conuentualium S. Franciſci familiæ ad

ſcitus tanta ingenij ſubtilitate polluit, vt Scotus alter in Archigymnaſio Patauino profundiſsima Metaphyſica ſiſtemmata facillimè Auditoribus aperuerit: quique ad S. Trid. Conc. vocatus ad propugnanda Orthodoxæ fidei dogmata, profligatis hæreticis verè Mauors inter ſtrenuos atlethas apparuit formidandus. In his quidem tu ipſe, ac germani fratres, veluti in tergeminis ſpeculis imaginoſis aduersè inuersè aſpexiſtis, credo, cum eorum imagines adamuſsim imitati eſtis; ſiuè potiùs in illis tamquam in cote ingenia acuiſtis. Hinc frater tuus natu minimus non ſine fæliciori præſagio Felix nomen impoſitum, eius ingenij facilitatem, & fælicitatem patefecit, tum poſt humaniores litteras prudentia Iuris imbutus iuuenis admodum immaturus, maturè patrocinia cauſarum ſuſcipiens, togatis S. Neapolitani Senatus ſenibus mirifice placet. Subſequitur Hyacinthus ſecundo genitus, qui Aui genium imitatus tanta ingenij ſubtilitate abſtruſas Naturæ latebras rimatus eſt, vt veluti potentiſsimus Hyacinthus inter pharmaca, tot miracula facere videtur, quot pertinacium morborum arduas ſuſcipit curationes. De P. Martiali Iuniore tertio genito nil præfabor, ſat .n. Patria, ſat Prouincia, ſat Regnum, ſat norit Religio tota eorumdem PP. Conuentualium. Quoties in ſubſellijs, Roma plaudente è tyronicio ſtudiorum egreſſus veluti candidatus ſedit? Quotiès ingenti ſtupore aculeatiſsima tela in ſe contorta, retorſit, excuſſit, vt magnis Viris ſpectatoribus, & aſſertoribus grauiſsimas decertationes ſummi ingenij formidandas, illi ludum, & animi remiſsionem, vnò ore fuerit conclamatum. Tandem magiſterij lauream adeptus, quæ ab abſtruſiſsimis S. T. latibulis arcana non penetrauit? Quas ab Empyreo cæleſtes veritates Præco Verbi Dei ex ſuggeſtu non enunciauit? Ipſi prædicent, quos Auditores habuit. At quod rarum eſt, inclitæ proſapiæ ornamento, & litterarum cumulo haud inflatus, quinimò Seraphici S. Patris humilitatem imitatus, veluti palma florum virtutum, & fructuum diſciplinarum pondere preſſus, poſt principaliorum Conuentuum Religionis minora gubernia expleta ſummè cum laude, poſt ſtudiorum moderatoris in Regali S. Laurentij Cœnobio Neapolitano munus glorioſe iam exactum, ad Prouincialatus faſtigium, omnium Patrum calculo, ſurrexit. De te poſtremò quid dicam? Omnia dixerim, ſi vnum tantum dixero. Omnium factus es compēdium. Quàm ob rem iniuriam ſingulari modeſtiæ tuæ, quâ præcipuè effulges, facturum me exiſtimarem, ſi vel leui elogio aures tuas fatigare auderem: at vera loquar, ſi ſincerè loquor.

O vi-

O virum eximium, omnigenarum virtutum nitore Clarum. Quantus, qualiſque ſis, ſatis nouit primum Patria tua, nouit S. Marci Ciuitas, inter primarias Prouinciæ noſtræ Calabriæ non infima, nouit Sarſinaten Eccleſia; nouit lata Militenſis Diæceſis, in quibus tanta cum laude, & totius Cleri beneficio Vicarij Generalis munus per plures annos exercuiſti. Nouit tandem Hiſpania, cum Excellentiſsimi Ducis Montis Leonis Regni Aragoniæ Proregis conſcientiæ factus es arbiter. Illic enim vitam duxiſti tanto munere dignam, nec vnquam aliquid egiſti, quod hominem verè pium, & Deo dicatum non deceret. Romam profectus tibi, tuiſque ſtudijs vacans pro animi tui oblectamento opus ſatis curioſum, cui titulus Muſeum hiſtorico legale omnibus numeris abſolutum è perdiuiti ingenij tui fodina eruiſti, & adhuc maiora cogitas, ſed neſcio qua ratione innoxium ſilentio damnas, & in lucem edere anceps hæreas. An fortaſſis Zoilorum morſus vtpotè latrantium in lunam canum rabiem pertimeſcis? An potius ſanioris iudicij bonitatem expectas? Talis mihi ingenij videtur (etſi cæcus de colore non iudicet) quale nonnulli egregiæ cordati viri cum eruditis exiſtimare ſolent monumentum literariæ Reipublicæ, niſi totius orbis bono, publico Iuri permittere. Porrò ſi modica ſint, aut radientis ingenij tui vmbræ, quæ hic tradis, tu videris. Mihi quidem quantum rudis ingenij mei fert imbecillitas, ſed magis viris præſtantibus, qui mecum legunt, argumentum perferunt, & ſtyli gratia, & hiſtorijs animum oblectantibus, per iucundum. Si hoc in hiſtoriarum corticibus, ſub inuolucris optimum latere nucleum vtilitatis credas, quibus curioſius intectis veriores V. I. ſanctiones, profundiſsima Philoſophiæ ſiſtemmata, exactas Matematicæ dimenſiones, Aſtrorum ſitus, regulatos orbium motus, & Sacroſancta Theologiæ dogmata, quorum tu pulchrè calles, omnibus contemplari licebit. Pergè igitur, nec te ab incepto dimoueri patiaris, labor enim tuus non erit inglorius, cum tu ſolus ſis, qui inter ſcriptores, & aures permulces dulciſonis Muſicæ laudibus, & mentes ditas eruditionibus non vulgaribus Vnde de te dictum putes illud Venuſini Poetæ dictum, Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci. Vale, dum ego remaneo Albani ex Hoſpitio noſtrò Ordinis Minimorum octauo Kalendas Nouembris 1664.

Tui addictiſsimus, & Obſequentiſsimus ſeruus, qui ſupra.

 Ad

Ad Auctorem ob duplex Opus à ſe compoſitum, alterum

MVSEVM HISTORICO-LEGALE,

Alterum verò

PRACTICA VICARIORVM FORI IVDICIALIS Eccleſiaſtici inſcriptum.

ELOGIVM.

Age penna, ad Pellegrini laudes euola;
Qui per omnium ora volans Volvcrem ipſo effert in Stemmate;
De Montibvs locuturum non decent, niſi ſublimia.
Pellegrinae Familiæ Culmina humile non amant Elogium.
Si Pallas nupſit, ſanè huic nupſit, quia parem inuenit.
Patauina Lycea Aui lucem æuo omni dignam ſuſpexere.
Tridentina Synodus nouũ Alexandrũ, Pellegrinvm teſtatur Martialem;
Qui gordios difficultatum nodos Prudentiæ gladio diſſecans
Famam ſibi perpetuò ligauit.
Carus Principibus Parens, Magnatum magnes, Iuriſprudentia prudens
Carolvm Prudentia Magnvm dedit.
Si Columbæ non pariunt Aquilas, Aquilas Aquilæ pariunt.
At quid fumoſas imagines referam?
Qui Genus iactat ſuum, aliena laudat.
Fumoſæ Atriorum Ceræ Nepotis radijs illuſtratæ candorem accipiunt.
Multis Atlantibus factus Alcides
Se ſolum quoque oneri honorificè ſuſtinendo eſſe probauit.
Tales geſſit vices Præſulis, quales ipſe Præſul meliùs non potuiſſet abſoluere.
Duci Montis Leonis Aragoniæ Proregi facto conſcientiæ Arbitro,
Solem in Leone vidit Hiſpania, Virtutis effundentem radios.
Dum hic Proregis Rector, ipſe Prorex mutatur in Arbitrum,

Qui

Digitized by Google

Qui maioribus dignum infulis arbitratur!
Quoties Eccleſiaſtica gerens Munia pro Eccleſiaſtica Immunitate bella geſſit!
Ne quod Iuris erat, relinqueret, ſuos relinquens,
Lacæno more cum hoc, aut in hoc redire voluit;
Parthenopæo Proregi tunc magis gratus, cùm oppoſitus.
Quod fecit, modò docet.
Antea Practicam, deinde Theoricam exhibet.
Id Præſuli efficiendum exprimit, quod Præſul & ipſe efficiet!
Diſce Lector.
Quod calamo ſcribis, confirmandum exemplo.

Io: Franciſci ab Ieſu Maria Coriolanenſis Hydruntini ex Clericis Pauperibus Matris Dei Scholarum Piarum.

Re-

REVERENDISSIMO D. ABBATI

D. CAROLO PELLEGRINO.

V. I. D. Prothonotario Apoſtolico.

DOMINVS CAROLVS.

ANAGRAMMATISMVS.

O' EN CLARVM SIDVS.
Monoſtichon.
O CLARVM EN ſcribens SIDVS in occiduum.
Diſtichon.
O mihi tu CLARVM libri fulgere videris
Lumine Muſæi Siduſen Hiſtorijs.
Tetraſtichon
O quæ cæruleo ſortiris ab ethere nomen
Vranie, & Cœli ſigna per alta volas;
Aſpice quod Calabris Aſtrum præfulſit in oris;
Si ſapis hóc etiam flexibus adde Poli.

Anguineum Carmen.

Dente, premo, tua, vincunt, deficiuntque, precorque
Vires, ingenium, maxime, geſta, truci,
Linguam, non poſſum, Præſul, quodcumque, tuorum,
Ignoſcas, etenim, tollere, digne, meam,

Fida puræ veritatis nuncia
Temporum vindex, ac eruditiouis mater,

HISTO-

Digitized by Google

HISTORIA:
Iam magna tuarum ſcribere monumenta virtutum,
Eaque curioſa docti calami ſolertia
Sacrare parat æternitati:
Dignumque longa ſæcula tranſilire,
Mori vetabit.
De te ſic loquendi materiem dabit Oratoribus, ac Poëtis
Reuerendiſſime Pellegrine
Vt ſolis materiem neget Tragœdis.

Acuta venatrix veri, menteque auida
PHILOSOPHIA
Quæ quidquid in vaſta rerum ditione
Natura continet, luſtrare ſolet,
Dum in te oculos, aciemque figit mentis;
Cuncta eiuſdem benignæ naturæ
Sibi cernere videtur munera:
Decora ſiquidem, & inclitas dotes
Per omne rerum theatrum diſperſa
Tuum in animum, Carole, collegit.

HEXASTICHON.
Qui valet ingenio, ſpolijſque ſuperbus opimis:
Qui ſtudio, ac patria nobilitate nitet.
Tu potes ingenio tibi ſunt ſpoliamina opima
Et potis es ſtudio, & nobilitate nites.
Singula ſunt multis: ſimul omnia colligis vnus
Queiſque nitent plures; omnibus ipſe nites.

ABBATI CAROLO PELLEGRINO,
Qui humanioribus ex cultus literis
Ac muſicæ ornamento clarus
Dialecticæ ſtudens eruditionem cum probitate morum
In

In ſe concludere didicit:
Philoſophiæ vacans nulla vacuus euaſit ſapientiâ.
Iuriſprudentia acquiſita non tantum ſcire
Quantum Ius facere voluit.
Factus Theologus colloquia geminabat cum Deo.
Cuius virtus diu ſub modio latere non potuit:
A duobus Sarſinæ, ac Mileti vocatus Epiſcopis
Eorum tales geſſit vices, quales ipſimet Præſules
Non potuiſſent.
Quam ſuorum dictorum, factorumque conſcientiam
Habuit, conſule famam.
Eccleſiæ poſtmodum Argentani Vicarius Apoſtolica
Deſignatus auctoritate
Doctrina, & dexteritate adeo rectè exercuit officium
Vt Iuſtitiæ nunquam officere potuerit.
Vno Carolo contenti omnes,
Meliorem deſiderare non poterant.
Dabat Populo leges
Sed nunquam in ſeipſum ex lex.
In caſſum lector magnitudine diſſimilem quæres
Similem vix inuenies.

FR. FRANCISCVS A LONGOBARDIS ORDINIS MINIMORVM MINIMVS
ROMAE DEGENS CAROLO PARAT EX VOTO.

Proc-

Digitized by Google

Proëmium Tractatus, & Proteſtatio.

QVantæ, & qualis Muſicæ artis profeſſio, apud Priſcos non aucthoritatis modo; ſed etiam venerationis extiterit, facilè edocemur, & Summorum Philoſophorum exemplo, qui ſe admodùm ſenes, ad hanc diſciplinam, velut in ca ſummam ſtudiorum manum impoſituri, contulerunt; & ſeueriſſimarum Rerum publicarum inſtituto, quæ cum ſumma diligentia quidquid moribus publicè officeret, circumcidi curaſſent: Hanc tamen artem, non modò non eiecerint; verum etiam velut morum parentem, & Altricem ſummo ſtudio excoluerunt. Nihil enim æquè Animos ad diuerſiſſimos effectus breui momento eraducere; non optimorum tantum teſtimonio, ſed oculata fide, conuincitur: adeo vt eius Profeſſores Antiquitas, non Muſicos ſolùm: ſed & Vates, & ſapientes appellare non dubitarit. Muſica autem ſui cognitione prodeſt, & mirum in modum reliqua etiam ſtudia coadiuuat; Quod graues Viri comprobarunt, qui ſe nihil aliud ex Muſicæ diſciplina, quàm litteras didiciſſe profeſſi ſunt; cum ad Virtutis ſtudia incitamentum profectò ſit. At verò ne loquendo de Muſica, in quorumdam legentium auribus fortaſſe diſſonantiam faciam, præmittere neceſſe eſt, multa hic inſerta fuiſſe, quæ primo aſpectu ad materiam non facere videbuntur; ſi tamen attentiùs conſiderentur, non abs re perſpicientur poſita; enim verò data opera, me feciſſe ſciat, rogo, quiſquis hoc iudicet (quod & multi graues Authores fecerunt), ne ſicca narratione eorum, quæ laudem tantum Muſicæ tangerent, legentes tædio afficerentur. Agnoſcetur enim, materias occaſionales per tranſennam poſitas, maximam cum

Muſi-

Digitized by Google

Muſica habere connexionem; quia omnia ſunt per ipſam , vel cum ipſa compoſita , & nihil ſine ipſa , vt ſuo loco demonſtrabitur . Si tamen aliquid inuenietur, quòd fidei Articulis, quibus firmiter adhæreo, aliqualiter diſſonum, vel æquiuocè, aut malè dictũ appareat, aboletum, caſſum, ac tanquam non ſcriptum volo, & intendo , correctioni, punitioni, ac emendationi Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, me in omnibus , & per omnia ſubijciendo . Proteſtatione item incluſa, Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum ſententias , & auctoritates in eo tantum ſenſu , me adducturum , in quo ab eiſdem prolatæ fuere; & non aliàs, nec alio modo.

CA-

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS

PARS PRIMA.

De Generica Muſicæ cognitione.

CAPVT PRIMVM.

Vnde dicatur Muſica, & Muſicus.

DE qualibet re ſermonem inſtituentes, oportet ex præcepto Ariſtotelis *in lib. Poſter.* quid nominis præcognoſcere, ſeù nominis Ethymologiam. Vndè egregiè Tiraquellus de nobil.*c.* 31.*nu.*456. ait, ſcire quid nominis, eſſe principium doctrinæ; & Baldus *in prælud.feud.col.*3. *cum Iureconſ.in l.* 1.*ff ſi cert.pet* docet, quod Iuri operam daturum, noſſe oportet, vnde nomen Iuris deſcendat. Ignorata enim, ac prorſus incognita rei nomenclatura, haud ita facilè poſſumus veram rei eſſentiam, & definitionem venari.

Muſicæ itaque nomen deriuatur à Muſis. Hæ ſiquidem teſte Iſidoro. *lib.*3.*origin.c.*1. Muſæ appellatæ ſunt à quærendo, quod per eas, vt antiqui voluerunt, vis carminum, & vocis modulatio quæreretur.

Digitized by Google

Cui conſonat Plato *in Cratil.* dicens, Muſas dici à verbo Græco ἀπὸ τῶ μῶσθαι *ideſt apotumoſo*, quod inquirere ſignificat; qua ratione ab Antiquis aliquando vocatæ fuerunt Moſæ.

Muſas verò nouem, Poëtarum commentis accepimus, vel Cæli filias, vel Memnonis, & Theſpiæ; vel Iouis, & Memoriæ; vel Mnemoſynis, & Iouis, vnde Mnemoſynæ dictæ; in Pierio Monte natas, Muſicæ, & Poëſi, ac lætitiæ præſidentes, vt teſtatur Heſiodus *in Theog. ijs verſibus.*

Mnemoſynem pulcram dilexit Iuppiter, ex qua
Inde nouem Muſæ claræ naſcuntur, & illis
Sunt ſemper cantus cordi, & conuiuia læta.

Miram hanc cum muſica, & cantu connexionem, ſuis ipſæ nominibus exprimunt.

Prima namque dicitur *Calliope* à bonitate vocis, nam καλὸν Græcè, latinè dicitur *Bonum*: ὄψ *Ops* verò dicitur vox.

Secunda appellatur *Clio* à gloria, & celebritate rerum geſtarum, quas canit: quia κλέειν *Clien celebrare eſt*.

Tertia *Erato*, vel quia amores canit, vel quia cantus ab omnibus amatur: Ἐράω enim *Erao* ſignificat *amo*. Vnde Ouid. 2. *de Arte Amand. Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.*

Quarta *Thalia* vocatur à voluptate, & laſciuia cantus; nam θάλλειν *Thalin* virere, & florere ſignificat.

Quinta *Melpomene* à canendo, & concentu faciendo dicitur, quia μέλπομαι *Melpome* ſignificat *canto, & modulor.*

Sexta *Terpſichore* à delectandis choreis dicitur, quæ & ab aliquibus Cythariſtia nuncupatur.

Septima *Euterpe* appellatur à ſuauitate concentus, nam τέρπειν *Terpon delectare* ſignificat.

Octaua *Polyhimnia* dicitur à multitudine cantus; quia πολὺ *Poli* ſignificat *multum*, ὑμνέω *imneo: canto, laudo*; quæ etiam Polymneia appellatur à multiſudine memoriæ.

Nona vocatur *Vrania* vel à cantu rerum cæleſtium, vel à diuinitate cantus, nam apud Græcos οὐρανὸν *vranon* vocatur *Cælum.*

Muſarum omnium nomina, eorumque munera ijs carminibus exprimuntur.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mæſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpſichore affectus cytharis mouet, imperat, auget.

Plei-

Digitized by Google

Pleitra gerens, erato ſaltat pede, carmine, vultu.
Carmine Calliope libris heroica mandat:
Vrania Cæli motus ſcrutatur, & aſtra.
Signat cuncta manu, loquitur Polymnia geſtu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

Omitto verò, quod alij aſſerunt, Muſas dici à verbo: ὁμιῶνται *omiuſas*, quod ſimilitudinem denotat, quia inter omnes diſciplinas, quibus Muſæ præſunt, quædam intercedit ſimilitudo, qua ratione pinguntur Muſæ, vt ſe mutuò tenentes, choros ducant.

Omitto quoque earum varias nuncupationes; tùm Heliconides, eo quia in Helicone Bæotiæ monte proximo Parnaſſo Phocidis habitare dicantur; tùm Parnaſſides, quia Parnaſſum incolant; ſiuè Caſtalides, Pegaſides, Aonides, Theſpiades, & cæt. varijs rationibus. Hoc dixiſſe ſufficiat, quod Muſicæ præſint, & quod à Muſis honorificum ſibi nomen Muſica comparauerit.

Nec tamen omittam, quod alij aſſerunt, Muſicam denominari à verbo Aegyptio *Moys*, quod ſignificat *Aquam*, quia circa Aquam inuenta fuerit, vt habet aucthor Margaritæ Philoſoph. *lib.* 5. *tract.* 1. *de princ. Muſic. ſpeculat. c.* 3. *de orig. nom.*

Vel quod muſica deriuetur à verbo Græco Μοῦσα *Muſa*, quod eſt excellens muſicum inſtrumentum, vt idem Author *vbi ſup.* Atque hinc magis admittere libeat, quæ magis concinat, nominis explicationem.

CAPVT SECVNDVM.

Quotuplex ſit Muſica.

VT rectè, ordinatè, atque harmonicè de muſica agentes progrediamur, oportet priùs diſtinguere varias huius nominis muſicæ acceptiones, vt inde, quod ad rem attinet, ſeligamus, cum ex eiuſdem Ariſtotelis præcepto, priùs oporteat diuidere, & diſtinguere; quam definire; & qui benè diſtinguit, proximus eſt veritati, ait Salicet. *in præfat. Codic.* & Accurſ. *Gloſator in* §. *igitur verſ. eaſdem Inſtitut. in proem.* dicit, quod diuiſio animum legentis incitat, Mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat.

Muſica igitur in genere, triplex eſt: Mundana ſcilicet, humana, & inſtrumentalis.

Mundana eſt illa, quæ conſideratur in motu Cælorum, in quatuor elementis, & in varietate temporum, vt ait Boetius *lib.* 1. *de muſic. c.* 2. ibi: & primum ea, quæ eſt mundana in his maximè perſpicienda eſt, quæ in ipſo Cælo, vel compage elementorum, vel temporum varietate viſuntur. Quî enim fieri poteſt, vt tam velox Cæli machina tacito, ſilentique curſu moueatur: & ſi ad noſtras aures ſonus ille non peruenit, quod multis fieri de cauſis neceſſe eſt; non poterit tamen motus ille tam velociſſimus vti magnorum corporum nullos omninò ſonos ciere. Cum præſertim tanta ſint ſtellarum curſus coaptatione coniuncti, vt nihil æquè compaginatum, nihil ita commixtum intelligi poſſit. Namque alij excelſiores; alij inferiores feruntur: atque ita omnes æquali incitatione voluuntur: vt per diſpares inæqualitates ratus curſuum ordo ducatur. Vnde non poteſt ab hac cæleſti vertigine ratus ordo modulationis abſiſtere. Iam verò quatuor elementorum diuerſitates, contrariaſque potentias, niſi quædam harmonia coniungeret, quî fieri poſſet, vt in vnum corpus, ac machinam conuenirent? ſed hæc omnis diuerſitas ita, & temporum varietatem parit, & fructuum, vt tamen vnum anni corpus efficiat. Vnde ſi quid horum, quæ tantam varietatem rebus miniſtrant, animo, & cogitatione diſcerpas, cuncta pereant, nec (vt ita dicam) conſonum quidquam ſeruent. Et vt in grauibus chordis hic votis modus eſt, vt non ad taciturnitatem grauitas vſque deſcendat: atque in acutis ille cuſtoditur acuminis modus, ne nerui nimium tenſi vocis tenuitate rumpantur, ſed totum ſibi ſit conſentaneum atque conueniens: Ita etiam in Mundi Muſica prouidemus nihil ita eſſe nimium poſſe, vt alterum propriâ nimietate diſſoluat. Verum quidquid illud eſt, aut ſuos affert fructus, aut alijs auxiliatur, vt afferant, nam quod conſtringit hyems, ver laxat, torret eſtas, maturat Autumnus: temporaq; viciſſim, vel ipſa ſuos afferunt fructus, vel alijs, vt afferant, ſubminiſtrāt. *Hactenus Boetius.*

Muſica humana eſt illa harmonia, quæ conſideratur in homine per commixtionem quatuor elementorum, per concordiam portionum animæ; & per concertum rationis, & ſenſus, *vt idem* Boet. *eod. lib.* 1. *de muſ. c.* 2. ibi: Humanam verò Muſicam quiſquis in ſeſe ipſum deſcendit, intelligit. Quid enim eſt, quod illam incorpoream rationis viuacitatem corpori miſceat, niſi quædam coaptatio, & veluti grauium, leuiumque vocum, quaſi vnam conſonantiam efficiens temperatio? Quid eſt autem aliud, quod ipſius inter ſe partes animæ coniungat, quæ (vt Ariſtoteli placet) ex rationabili, irrationabilique coniuncta eſt? Quid verò, quod corporis elementa permiſceat, aut partes ſibimet rata coaptatione contineat?

In-

Inſtrumentalis tandem Muſica eſt illa, quæ naſcitur à voce humana, & à ſono inſtrumentorum, vt ait idem Boetius *vbi ſup. in fin.d.c.2.* ibi: tertia eſt Muſica, quæ in quibuſdam conſiſtere dicitur inſtrumentis. Hæc verò adminiſtratur; aut intenſione, vt neruis; aut ſpiritu, vt tibijs; vel his, quæ ad aquam mouentur: aut percuſſione quadam, vt in his, quæ in concaua quædam virga ærea feriuntur; atque inde diuerſi efficiuntur ſoni, de quibus infrà.

Hæc quidem Inſtrumentalis Muſica ſubdiuiditur *per* Iſidor.Hiſpal. *lib.3.origin.c. 3.cum ſeqq.*nempe in harmonicam,organicam,& rythmicam, ſecundum tres eius partes. Harmonica eſt modulatio vocis, & concordantia, vel coaptatio plurimorum ſonorum. Organica eſt in his, quæ ſpiritu reflante completa, in ſonum vocis animantur. Rythmica eſt, quæ pertinet ad neruos, & pulſus, quæ numeros admittit. Nam aut voce ſonus emittitur per fauces; aut flatu, vti per tubam, & ſimilia; aut impulſu, vti per cytharam, & huiuſmodi. Prima ſpecies pertinet ad omnes, qui propria voce canunt: ſecunda, & tertia ſpectant ad varia muſicorum inſtrumentorum genera. Quare de voce, atque de inſtrumentis hic breuiter agendo, totum, quod attinet ad Muſicæ notitiam expediemus.

Porro vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus, ac formatus debitis inſtrumentis, quæ ſunt: guttur, lingua, palatum, quatnor dentes, & duo labia; ex quorum motu, ſpiritu impellente, percutitur aër, fitque ſonus, qui dicitur propriè vox, quæ quidem, vel eſt articulata, vt eſt vox hominis; vel inarticulata, vt Brutorum; adeoque tantum homines, ac cætera animantia dicuntur propriè vocem edere;alia verò impropriè, & abuſiuè, nam propriè ſonum emittunt, non vocem; Vnde jmpropriè Virgilius inquit:

Vox tubæ infremuit, fractaſque in littore voces

benè tamen dixit:

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.

Vocum differentias placet hic inſerere, mutuatis ab eodem Iſidoro verbis, *vbi ſup.cap.6.propè finem.*

Suaues voces ſunt ſubtiles, & ſpiſſæ, claræ, atque acutæ.

Perſpicuæ ſunt, quæ longius protrahuntur, ita vt omnem impleant continuò locum, ſicut clangor tubarum.

Subtiles voces ſunt, quibus non eſt ſpiritus,qualis eſt infantium,vel mulierum, vel ægrotantium, ſicut in neruis, quæ enim ſubtiliſſimæ ſunt chordæ, ſubtiles, ac tenues voces emittunt.

Pingues ſunt voces, quando ſpiritus multus ſimul egreditur, ſicut virorum.

Acu-

Acuta vox eſt tenuis, alta; ſicut in chordis.

Dura vox eſt, quæ violenter emittit ſonos, ſicut tonitruum,& ſicut incudis ſonus, quoties in durum malleus percutit ferrum.

Aſpera vox eſt rauca, & quæ diſpergitur per minutos, & indiſſimiles pulſus.

Cæca vox eſt, quæ mox, vt emiſſa fuerit, conticeſcit, atque ſuffocata nequaquam longiùs producitur, ſicut eſt in fictilibus.

Vinnola vox eſt mollis, atque flexibilis, ita dicta à vinno, hoc eſt cincinno molliter flexo.

Perfecta autem vox eſt, alta, ſuauis,& clara: Alta vt in ſublimi ſufficiat: clara, vt aures impleat: ſuauis, vt aures audientium blandiat. Si ex his aliquis defuerit, vox perfecta non erit.

Multa officiunt, ac valdè nocent bonæ voci, ne ſuauis, & dulcis ſit; vt comedere acida, vti Venere, veſci pomis, clamare poſt cibum,aere nocturno non abſtinere,rixari, ludo, vel venatione fatigari, & huiuſmodi, de quibus medici conſulendi. Narrat Sueton. *in Neron. c.* 20. quod Nero Imperator, vt vocem molliret, & ſuauior eſſet illa, plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinebat, & clyſtere, ac vomitu ſe purgabat, & à pomis ſe abſtinebat; quod Plin.*lib.* 19. *c.6.* confirmat, & Ariſt. *ſect.* 10.*probl.* inquit manè vox exercitatione fingi, præparari, & acui: & inſuper ait Ijs, qui clamant, poſt cibum, vox corrumpitur; quare videmus omnes eos; qui vocem exercent, vt hiſtriones, & qui in Choro agunt mane ieiunos vocem exercitatione formare. Facit mentionem Plinius *vbi ſup.* cuiuſdam potionis ad vocem molliendam aptæ, quem adeat, qui ſcire voluerit. Et Diu.Iſidor. *lib.* 2. *de diuinis officijs cap.*12. ait: Antiqui pridie, quam cantandum erat, cibis abſtinebant; pſallentes tamen leguminibus in cauſa vocis aſſiduè vtebantur. Vnde Cantores apud Gentiles Fabarij dicti ſunt.

De ſono vocis, quod alius ſit acutus, qui veluti pungit, & breui tempore ſenſum mouet, & velox eſt: Alius obtuſus, qui tardus eſt,& longo tempore mouet ſenſum; vide Themiſtium *in* 2. *de anim. c.* 3. *&* Ariſt. *ibid.* 2. *de anim. c.*8. Quæ differentia prouenit ex diuerſitate ictus, & percuſſionis aeris, vt ait Macrob. *lib.*2.*in ſomn. Scipion. cap.*4. *& Plat. in Tymæo.*

Plura de vocis affectibus, ac eius paſſionibus ponit Galenus *in lib. de Præcognitione ad poſthumum,* & Ariſtot. *tot.ſection.*11.*problem.*

Terminorum ſpecies ad vniuerſam Muſicam pertinentes, tam ad inſtrumentalem, quam vocalem, frequentiores ſunt: Symphonia, Melodia, Harmonia, Diaphonia, Euphonia, Sonus,Cantus,Tonus,Semitonium, Dictonum, Dieſis, Arſis, Theſis, Diateſſaron, Diapente,

Dia-

Digitized by Google

Diapaſon, Diſdiapaſon, Diapaſondiapente, Diaſtema, Hemiolius, Epitritus, Proportio, Tripla, & cæter. de quibus ſingulis ex profeſſo agunt, qui de Theorica Muſica ſcribunt, & Iſidor. *vbi ſup c.6.aliàs* 19. Nos autem quoſdam tantummodo ex his percurremus, qui conferre poſſunt ad perfectiorem intelligentiam eorum, quæ dicturi ſumus, tamquam magis neceſſarios. Vnde dicimus,quod melodia nihil aliud eſt, quam dulcis cantus: melos enim ex Perſio *in proemio Satyrarum*, eſt cantus ſuauitas ex apta vocis modulatione,& flexu procedens. Vel vt Bulengerio *placet lib.2.de Theatr. c.4. litt. D.* eſt actus acuti, aut grauioris ſoni, ideſt ipſe ſonus acutus,aut grauis feriens aures.

Modulatio autem eſt ſoni multiplicis expreſſio. Harmonia eſt modulatio plurium vocum, inter ſe concinentium; vel ſecundum Iſidorum *vbi ſup.* eſt coaptatio plurimorum ſonorum; & ſecundum Muſicos eſt concentus, ac concordia vocum diſſimilium, ſine vlla offenſione in integros modos conſonantium, vt Quintilian. *ait lib.*1.*cap.*10. & Cicer. 1. *Tuſculan.*

Symphonia eſt modulationis temperamentum ex graui, & acuto, concordantibus ſonis, ſiuè in voce, ſiuè in flatu, ſiuè in pulſu. *Præcit. DD.*

Tonus diſtinguitur in octo modos, vt infrà ſuo loco dicemus fusè cum multis alijs curioſis. Quia verò omnis formatio vocis, aut eſt cum diſtantia, aut ſine diſtantia; ſi formetur, ſeù emittatur vox ſine diſtantia, dicitur formari Vniſonum, quia vox non habet variationem; ſi verò formetur cum diſtantia, ſeù interuallo, tunc producuntur diuerſi modi; nam ſi diſtinguatur perfectè, fit tonus; ſi imperfectè, fit ſemitonium; ſi cum maiori diſtantia, fit Dictonum, vel Semidictonum; ſi formetur vox cum multo maiori interuallo, formatur Diateſſaron; ſi alio modo vario, fit Diapente; & ſic de reliquis, vt Diapaſon, Diſdiapaſon, & cæt. Ex quibus conſtant poſtea melodiæ perfectæ. Quæ vt melius, & perfectiùs, & intelligantur, & delectentur narrationes in progreſſu operis, neceſſarium duxi.

Præmittere etiam, quod cum Pytthagoras rationem numerorum, ex quibuſdam fabris, ignitum ferrum malleorum ictibus mollientibus, caſu inueniſſet, qui certo ordine ferrum inæqualibus malleis percutiebant, ad aures illius ſuauis quidam ex illis, ſonus peruenerit; tunc malleorum pondera dimenſus eſt,ex qua dimenſione concordiam illam vocis lege ponderum numeris ſibi diuerſitate quadam conſenſientibus prouenire, didicit; illicò ex malleis ad fides animum intendit, & ſic chordas fidibus aptauit, varietate quadam ponderis, ac magnitudinis, ſicut in malleis compertus fuerat; vndè concentus ſuauiſſi-

Digitized by Google

uiſſimus ex illis obſeruatus eſt, ob ſonoram fidium naturam, cum illas certa lege pulſaſſet. Ex quo factum eſt, vt inuentis numeris, ex quibus ſoni ſibi conſoni prouenirent, fides certa quadam numerorum obſeruatione compoſuerit, ex quibus numeris ſibi omninò conuenientibus, concordia dulciſſima oriretur; ità vt vna impulſa plectro, alia licet longè poſita, ſed tamen numeris conueniens, ſimul ſonaret, ex vi numerorum ſibi conuenientium, vt refert Macrobius *in Somnium Scipionis lib. 2. cap.* 1. Vnde cum ex numeris diſtantibus vocis fiant melodiæ; ex numeris autem qui ad muſicam conficiendam ſibi conueniunt, ſex præcipuè enumerantur, videlicet, Epitritus, Hemiolius, Duplares, Triplaris, Quadruplus, & Epogdaus; ex quibus componuntur: Diateſſaron, Diapente, Diapaſon, & cæteri ex ipſis prouenientibus: Ideo de ſingulis dicamus.

Epitritus igitur eſt, cum de duobus numeris, maior illorum habet totum minorem, & inſuper eius tertiam partem, vt ſunt quatuor ad tria, nam in quatuor ſunt tria, & tertia pars trium, ideſt vnum. Et ſimiliter duodecim ad nouem, quadraginta, ad triginta, & ſic de cæteris; & ex hoc naſcitur Symphonia, Muſica, quæ appellatur DIATESSARON, conſtans de duobus tonis, & ſemitonio.

Hemiolius eſt, cum de duobus numeris, maior habet totum minorem, & inſuper eius medietatem: vt ſunt tria ad duo, nam in tribus ſunt duo, & media pars eorum, ideſt vnum. Et ex hoc numero, qui Hemiolius dicitur, naſcitur Symphonia muſica, quæ appellatur DIAPENTE, conſtans ex tribus tonis, & hemitonio.

Duplaris numerus eſt, cum de duobus numeris, minor bis in maiore numeratur; vt ſunt quatuor ad duo; & ex hoc duplari numero naſcitur Symphonia, quæ DIAPASON vocatur, conſtans de ſex tonis, ſcilicet ex Diapente, & Diateſſaron.

Triplaris eſt, cum de duobus numeris, minor ter in maiore numeratur, vt ſunt tria ad vnum. Et ex hoc procedit Symphonia muſica, quæ dicitur DIAPASONDIAPENTE, conſtans ex nouem tonis, & Hemitonio.

Quadruplus eſt, cum de duobus numeris, minor quater in maiore numeratur, vt ſunt quatuor ad vnum. Ex quo naſcitus Symphonia illa, quæ appellatur DISDIAPASON, continens tonos duodecim.

Epogdous eſt, numerus, qui intrà ſe habet minorem, & inſuper eius octauam partem: vt nouem, & octo, quia in nouem ſunt, & octo, & inſuper octaua pars eorum, ideſt vnum. Hic numerus ſonum parit, quem TONON Veteres muſici appellauere; ſonum verò tono minorem, vocauerunt SEMITONIVM; non quia dimidius tonus ſit,

cum

Digitized by Google

cum tonus propriè de ſui natura æqualiter diuidi minimè poſſit,nam ex nouenario conſtat, vt dixi, numero, & nouem nunquam æqualiter diuidi queunt; ſed Semitonium dixerunt, ad ſignificandum ſonum tono minorem, qui ità diſtat à tono, ſicuti ij numeri ducenta quadraginta tria,& ducenta quinquaginta ſex. Semitonio prædicto Plato nomen dedit LIMMA, & Pythagorici DIESIN. Macrobius *in Somnium Scipionis lib.2.cap.1.in fine.*

Poſt vocem, eiuſque qualitates, ac accidentia, necnon poſt quorumdam terminorum muſicorum explanationem,ſecundum diuiſionem Muſicæ prænotatam, agendum venit de inſtrumentis muſicis. Sed præmittendum eſt,quod inſtrumentum, eſt vocabulum generale vaſorum, ſeù rerum omnium muſicorum ſonum aliquem facientium, aut reddentium. Inſtrumentorum autem, non omnia quidem: ſed tantum aliqua vſu frequentiora, noſtris præſertim temporibus, ſaltem nota; non erit hic abſonum ordine Alphabetico curioſitatis gratia pauca referre, & recenſere; quæ partim pertinent ad organicam, partim ad Rythmicam, & partim ad Harmonicam. Primum verò, quod ſe obuiam facit, eſt illud, quod dicitur.

Acitabulum, quod nihil aliud eſt, quam inſtrumentum quoddam muſicum, ex ære, vel argento, ſiue alio metallo confectum; quod percuſſum ad modum cymbali, ſonum reddit. Chordas habet etiam cymbalo ſimiles. S. Iſidor. *lib.3.cap.21.aliàs* 8.

Antrhopogloſſa, eſt inſtrumentum muſicum ex ligno confectum, cum linguecula ex cupro facta, flatu, ex ore ſpiritum ſumit, & ſonatur ad modum fiſtulæ, cum reuera ſit ſpecies quædam fiſtulæ. Duplici forma fit: illa enim, quæ habet magnam latitudinem; & amplitudinem, & eſt longior, dicitur Antrhopogloſſa maior; quæ verò minoris longitudinis, & latitudinis eſt, dicitur Antrhopogloſſa minor. Et benè tale nomen ſortita eſt; cum omninò, & ad naturale imitetur in ſono humanum ſermonem, & ſimiliter riſum hominis nimis naturaliter contrafaciat;Ideo non mediocrem confert gratiam, & venuſtatem, audientiumque auribus multum gratum; & delectabile. Formas autem earumdem, tam maioris, quam minoris ponit. P. Athanaſ. kircher. *in Muſurg. tom.1.lib.6.Iconiſm.9.fol. mihi* 500. *ex* Marſenn. *lib.5.de inſtrument.Pneumatic.*

Aſcarum, eſt inſtrumentum ligneum forma quadrata, tenui ſono, chordis neruorum compoſitum, quibus tactis, ſonum reddit. Hoc autem inſtrumenti genus fuit inuentum à lydis cum quinque chordis, vt ait Alexand. Gard. *lib.1.de rer.inuention.fol.mihi* 29.

Barbitos inſtrumentum muſicum eſt, quod ambarum manuum

digitis pulſatur,ex ligno confectum, 24. chordas ex inteſtinis animalium habens, quod vulgò dicitur *Harpa*, vt Kircher. *teſtatur*, *vbi ſup.* Hodie autem inuenitur multis modis plures chordas habens, imò ad inſtar cymbali, plura regiſtra. Alij autem ſumunt pro cythara quadam, quæ plectro, vel calamo pulſatur. Horat. *lib.* 1. *epod.* 32. *& Ouid. in Epiſt. Sapphus ad Phaonem.*

Nec fuit ad lacrymas Barbitos vlla meas.

Auſon. in Philomuſum.

Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde.

Sidon. autem car. 5. ait, Harpam nos dicere, quam ſyri ſambucam vocant.

Buccina, propriè eſt cornu recuruum, quod tubæ modo inflatur; *vnde* Ouid. *inquit*: *Caua Buccina ſumitur illi*. Eſt & alia Buccinæ ſpecies, qua vtuntur Ruſtici ad greges conuocandos, vt ait Columel. *l.* 7. *c.* 23. Differt autem Buccina à Tuba, quia Tuba conficitur ex ære, vel argento ad inflammandos animos militum, & equorum ad fortiter præliandum: Buccina verò fit ex cornibus recuruis animalium, vt oſtendit Apulei. *lib.* 3. *Florid.* Aliquando tamen *Buccina* pro Tuba accipitur, vt Cicer. *pro Muren. Illum Buccinarum cantus exſuſcitat.* reliqua vide verbo Cornu.

Calamus eſt inſtrumentum concauum, quod, vt plurimum ex ſe ſonum flatu reddit. Aliquando autem ex illis fiſtula componitur. *Vnde* Virg. *in* 3. *Eclog. inquit.*

Pan primus calamos cera coniungere plures.

Inſtituit, & cæt.

& hoc dicitur, quia primus inuentor aſſeritur *Pan* Deus ruſticus, vt dicetur inferius in verbo: *Fiſtula*. Dicitur autem calamus à verbo Græco *calendo*, ideſt fundendo voces, vt ait Iſidor. *lib.* 3. *Etymolog. cap.* 9.

Campana inſtrumentum æneum eſt notiſſimum, Chriſtianis deſeruiens ad populum congregandum pro ſacro audiendo; vel diuinis officijs, aut concionibus intereſſendo. Reddit quendam ſonum obtuſum, propter æris quantitatem. Vtitur tamen illa Eccleſia Catholica ad multa, quia benedicitur, & vngitur ab Epiſcopis, ad terrendum Dæmones, ne Chriſtifideles benefacere volentes impediant; Necnon ad repellendas grandines, fulmina, tempeſtates, & alias aëreas impreſſiones, vt habetur in Concil. Colon. 2. *p.* 9. *c.* 14. & multa etiam de pulſatione, & ſono campanæ ponunt Panormitan. & Anton. de Butr. *in cap.* 1. *num.* 2 *de offic. cuſtod. &* Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *c.* 9.

Inuentor Campanæ, ſecundum Polidor. Virgil. *de inuentor. rer. lib.* 3. *c.* 18.

Digitized by Google

*c.*18.*in princ.* ignoratur quis fuerit, conſtat tamen eius vſum antiquiſſimum fuiſſe, quia tempore Moyſis adhuc erat, vt teſtatur Ioſeph. Hæbr. *lib.* 3. *antiquit. iudaic. c.* 23. & in Sacra Scriptura clarè apparet, quod ſaltem tintinnabula, ideſt campanulæ, adhibebantur ab Hæbreis in ſacrificijs, *vt* 28. *Exod.* vbi Dominus Deus præcepit Moyſi, vt Aaron quoque cum filijs ſuis Sacerdotio fungerentur, & multas ceremonias iniunxit, *præſertim num.* 33. *cum ſeqq.* ibi: *Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ, per circuitum quaſi mala punica facies ex Hiacynto, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis; ita, vt tintinnabulum ſit aureum, & malum punicum; rurſumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur.* Fuerunt etiam in vſu tintinnabula apud antiquos Romanos in forma tamen quadrata ex ære, vti adhuc viſuntur in quibuſdam antiquitatibus.

Alij verò dicunt, campanam in Campania fuiſſe inuentam, quæ eſt Prouincia Italiæ Neapolim comprehendens, vnde dicta fuit campana, & propriè in Ciuitate Nolæ, vnde etiam, & Nola dicitur campana. Ita probat Strabus *in lib. de reb. Eccleſiaſt. quem refert* Martin. *del Rio lib.* 6. *diſquiſition. Magicar. c.* 2. *ſect.* 3. *in fine litt. E.*

Sed poſſunt concordari iſtæ Doctorum ſententiæ, quod ſcilicet tintinnabula fuerint antiquitus inuenta in forma parua, vt ſup. dictum eſt; campanæ verò ingentes, & in maiori magnitudine, ad formam tintinnabuli fuerint inuentæ à Diuo Paulino Epiſcopo Nolano, vt ſuccederent tubis veteris teſtamenti argenteis, & corneis, *vt Num.* 10. *&* 29 *& leuitic.* 23. & vt populum ad feſtorum cultum, Miſſarum ſolemnia, & horas Eccleſiaſticas conuocaret. *Idem del rio ibidem.* Vnde fortaſſe, qui primus fabricauit campanas ingentes, creditus fuit à multis inuentor ante mille annos. Vide Angel. Rocch. *in tract. de campan.*

Hoc inſtrumento vtitur Dominus Deus aliquando. Multa enim miracula obſeruantur in mundo per ſonum campanæ, qua Deus vtitur ad ſuæ diuinæ voluntatis arcana patefacienda. Narrat enim Angelus Roccha *in tract. de campan.* in quodam Conuentu Fratrum Prædicatorum Ciuitatis Salerni, inueniri campanam, quæ ſpontè ſua, nemine impellente, ſonat, quoties alicui ex eiuſdem conuentus familia mors imminet. Quod refert etiam Kircherius *in Muſurg. tom.* 2. *lib.* 9. Cuiuſmodi eſt etiam campanula Beati Gerardi in Conuentu Fratrum Minorum Conuent. Ciuitatis Panormi experimento, ac deuotione per totam illam ciuitatem, ac Religionem conſpicua.

Aliud ſimile portentum refert Martinus del Rio *in lib.* 4. *Magicar. c.* 3.

Digitized by Google

c. 3. q. 1. litt. A. ex Gobelin. in vita Sancti Monulphi, quod in Monaſterio Bodkenſi reuerenter aſſeruatur tintinnabulum quoddam æneum benè ſonorum, quod quoties alicuius monialis eiuſdem Monaſterij mors inſtaret, abſque vllo humano miniſterio, ſonum redderet. Aliud non abſimile refert idem del Rio, *vbi ſup. lit. B. vbi affert* Leonardum Vairum *lib. 2 de faſcin. c.* 14. idem teſtantem; inquit enim, quod in Hiſpania, & propriè in oppido quodam Regni Aragoniæ, quod Vililla dicitur Cæſarauguſtanæ Diæceſis, propè flumen Hiberum, adeſt campana, quam incolæ vocant: *campanam miraculorum,* quæ ex ſe ipſa, nemine mouente, ſonum emittit, per aliquot menſes, antequam aliquod graue malum Chriſtiano populo accidat. Cuius rei ego ipſe oculatus teſtis eſſe poſſum, quia, cum anno 1654. Cæſarauguſtæ incolatum haberem, tempore, quo Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Don Fabritius Pignatellus Dux Montisleonis Prorex, & Locumtenens Generalis eſſet totius Aragoniæ Regni, cuius confeſſarij munus obirem, proprijs oculis vidi; cum in prædictum oppidum, data opera, me transferrem curioſitatis cauſa tantum, non alia ratione ductus. Et ex multis optimatibus illius Regni, & viris fide dignis percepi hoc ſeruatum fuiſſe tempore mortis Philippi II. & III. & in multis alijs occaſionibus, & caſibus magni momenti, de qua mentionem facit Petr. Matth. *in Hiſtor. Galliæ tom. 2. lib. 4. narrat. 2. n.* 10. vbi refert, ſonaſſe dictam campanam, quando Alphonſus V. Aragoniæ Rex Neapolim petijt; necnon, quando Rex Sebaſtianus victus fuit in Aphrica, & ſimiliter, quando Carolus V. Imperator vita functus eſt. Similis etiam campana inuenitur in Monaſterio Camorenſi Patrum Prædicatorum, quæ triduo ante mortem alicuius Religioſi, ſponte ſua pulſatur, nemine impellente, licet nullus tunc infirmus lecto decumbat. Neque huic diſſimilis campana erat in conuentu Cordubenſi eorundem Patrum Prædicatorum, quæ quoties alicuius inſignis viri eiuſdem ordinis caſus aliquis imminebat, vltrò indicium ſono dabat; *vt refert* Ioannes Lupus *Epiſcopus Monopolenſis.*

Apud Iaponios adeſt etiam nunc ſimilis campana, quæ ſpontè, nemine percutiente ſonat, quoties Regno tumultus, vel alia mala imminent. DD. cit.

Quomodo autem hoc accidat, multi multa dicunt. Ego tamen deuotorum, ac grauium virorum authoritate fretus affirmare non verebor, ſonos prædictos ex Angelorum cuſtodum auxilio, & virtute ſuccedere poſſe, Deo permittente, ob meritum alicuis Sancti, qui deuotis ſuis hoc priuilegium impetrauit, ad ſe præparandum, ne improuisè moriantur.

So-

Solent hac tempeſtate Horologia à viris peritis efformari, quæ ex inæqualibus campanis compoſita, inæqualem reddunt ſonum, cumque artificio quodam, vel tertia, vel quinta ponderi parte ſe ſuperent, concentum harmonicum reddunt. Eius generis pulcherrimum aſſeruatur in Palatio Excellentiſſimi Principis Barberini, propè quatuor fontes inter Montem Pincium, & Quirinalem poſito. Quod, præter tres maiores campanas; quibus integras horas indicat, quatuor quoque quadrantes, quibus horæ dimidiam deſignat, alias etiam minoris ponderis campanas continet, quibus cum maxima audientium delectatione, aliquando ad integram horam, interdum verò frequentius ad ſingulos quadrantes pulſando gratum auribus reddit harmonicum concentum.

Artificium eius generis erat illud, quod à Domo Profeſſa Soc. Ieſu, vbi diu aſſeruatum fuit, Illuſtriſſimus D. Fagnanus vir Præclariſſimus habuit, quod ipſe, inter grauiſſimas curas, quibus pro Reipublicæ Chriſtiane vtilitate premitur animi gratia, interdum proprijs manibus tangit; ſonumque reddit plenum numeris, ideoque dulciſſimum.

Hoc loco conſonum duxi referre concordem ſonum campanarum, quem faciunt Sanctimoniales Monaſterij Sanctæ Catharinæ de Rota ad funarios Vrbis, quotieſcumque campanas pro diuinis peragendis officijs pulſant; cum enim ſint plures numero, muſica, & proportionata quadam magnitudine compoſitæ, & certo quodam ordine tactæ non mediocriter quoque audientes delectant; vt ſæpè ego expertas ſum.

Canticum inſtrumentum muſicum eſt idem quod Pſalterium, ſecundum aliquos; Alij verò diuerſum aſſerunt ex illo pſalmo Dauidis 91. verſ.4. ibi: *In Decachordo Pſalterio, cum cantico in cythara*; quo in loco manifeſtè probatur diuerſum eſſe à Pſalterio, quæ opinio mihi placet.

Chelys idem eſt, ac lyra. Hinc eſt, quod omnia inſtrumenta ad formam teſtudinis confecta, chelys nomine veniunt. Quare vide quæ in verbo lyra dicuntur.

Chitarra, vide verbo Cythara Hiſpanica.

Chorus eſt inſtrumentum muſicum, vt dicit Diuus Hieronymus ad Dardanium, ex ſimplici pelle, cum duabus cicutis æneis, quod per primam inſpiratur, & per ſecundam ſonus emittitur; de quo diuerſis in locis mentionem facit Dauid Rex, *præſertim in pſalmo* 148. *verſic. penult.* ibi: *Laudate eum in tympano, & choro, Laudate eum in chordis, & organo.*

Cor-

Cornamuſa inſtrumentum, multi aſſerunt, eſſe idem; quod Vtriculus, vulgò dictus *Piua Paſtorale*; vel illud inſtrumentum, quod dicitur *Sordellina*, de quo in verb. Vtriculus.

Cornu vulgò dictum *Cornetto*, quod & *Buccina* vocatur, vt videre eſt in verbo *Buccina*, inſtrumentum muſicum eſt ex animalium cornibus recuruis confectum, quinque vt plurimum foramina habens ex parte anteriori, & vnum ex poſteriori, quæ ambarum manuum digitis artificioſè percurruntur; dum flatu oris animatur. Inuentum fuit à Tyrrhenis populis, vt Sardus innuit *lib.*1.*de inuentor.rer. c.*25. Hoc inſtrumentum ſupremæ voci, ſeu, vt dicitur, *Canto*, aptiſſimum eſt, & iucundiſſimam melodiam reddit, maximè alijs inſtrumentis aſſociatum, licet aliqui muſici, (inter quos vltimus non eſt in hoc genere magnificus Petrus Paulus Prezzatus), tam perfectè illud ſonent, vt vocem altus, & tenoris etiam imitentur. Formam autem illius, ſicut, & plurimorum aliorum, ponit kircher *in Muſurg tom.*1. *lib.*6.*Iconiſm.*9.*figur.* 3.*fol.mibi* 500.

Adeſt alia ſpecies cornu, quod dicitur cornu venatorum, ad canes, & venatores conuocandos, & ad feras terrendas, in diuerſas formas redactum ex cupro, ſtamno, ſiue ſimili materia confectum, quod & argenteum ego vidi.

Eſt & aliud, quo vtuntur exules, vulgò *Banditi*, ad ſocios congregandos per agros diſperſos poſt aliquem congreſſum habitum cum illius terræ Principis dominantis militibus.

Inuenitur quoque aliud cornu genus, vulgò dictum *Brogna*, quo vtuntur ruſtici ad greges conuocandos, præſertim porcorum, de quo Columel. *lib.*9.*c.*23.

Crepitaculum eſt inſtrumentum æneum, quod manibus geſtatur, velut Siſtrum, eodemque modo manibus concuſſum, ac motum, gratum reddit ſonum, vi teſtatur Quintilianus *lib.*9.*c.*4.

Crotalum inſtrumentum eſt paruum ex ligno, ære, vel alia materia confectum, vulgō dictum ab aliquibus *Naccara, ſiuè campanella*, & ab alijs Egyptiorum Sacerdotum Siſtra, quibus in Iſidis ſacris vtebantur, crotala appellantur *à percutiendo*. Sed malè, vt notaui in verbo *Siſtrum*.

Alij putant fuiſſe anulum æneum, qui ferreo baculo quateretur. Quidam autem circulum æneum multas habentem laminulas, ſiue orbiculos mobiles, qui colliſi ſonum edebant; *Vnde Virgil. in cepa.*

Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

Eſt & crotum inſtrumentum, quod in ſono vocem Ciconiæ imitatur *Saliſberienſis.*

Cruſma

Digitized by Google

Cruſma inſtrumentum eſt, velut cymbalum tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres oblectabantur; *vnde Martialis lib.6.*

Edere laſciuos ad Betica cruſmata geſtus.

Betica autem cruſmata vocat, quod ijs mulieres Hiſpaniæ vti ſolerent, quemadmodum hodiæ, & Venetæ Puellæ.

Cymbalum, eſt inſtrumentum muſicum notiſsimum, quod vt plurimum 45. chordas ex oricalcho confectas habet, ſolet fieri cum vno tantum regiſtro, vt dicitur, & tunc tres octauas perfectas tantum continet. Adſunt tamen cymbala, quæ tres octauas, & mediam habent; & quædam alia perfectiora quatuor octauas faciunt. Sunt quæ habent duo regiſtra chordarum, imò etiam tria. Quod inſtrumentum paulatim in plures formas, & in diuerſas ſpecies redactum, & auctum fuit.

Ad genus cymbali reducuntur etiam Clauicordium, Manucordium, Clauycimbalum, Spinetta, Spinettinum, quæ cum ſint de per ſe notiſsima, non indigent declaratione.

.. Nec non Archicymbalum, quod ſex taſtaturis conſtat; formas autem quorumdam habes in Muſurg. kircher. *tom.1.lib.6.par.2.c.1.§.2. Iconiſm 4.& 5.fol.mihi* 455.

Cythara, eſt inſtrumentum muſicum ad formam litteræ Grææ Δ *Delta* dictæ, *vt* Diu. Hieronym. *inquit in epiſt. ad Dardanum de inſtrument. muſic.* Conſtat propriè ſeptem chordis ex chalibe, vel oricalco; licet nunc reperiantur cytharæ diuerſi generis. Ex ſeptem chordis componebantur antiquitus, vel quia ſeptem totam vocem implent, vel quia ſeptem motibus ſonat Cælum, vt inquit Iſidor. *lib.3.origin. cap.8.* vbi etiam dicit, *chordam* dici à corde quia ſicut pulſus eſt cordis in pectore, ita pulſus chordæ in cythara. Dicitur autem cythara à verbo Dorico, quod pectus ſignificat, quia initio, quo fuit inuenta ad formam humani corporis facta fuit, vt idem Iſidor. affirmat. Ab aliquibus alio nomine dicitur lyra, quæ 24. chordis conſtat, vt notat Plin. *lib.9.c.*56. Cythara aliquando ſumitur pro ipſa Muſica, vel harmonia, *vt Virgil.* 12. *Eneid. ibi:*

Augurium, cytharamque dabat, celereſque ſagittas.

Inuentor autem cytharæ controuertitur apud Doctores: Plinius *vbi ſup. lib.*5. dicit, ipſius repertorem fuiſſe Apollinem, qui primùm ſimplici cythara vſus fuit, quod ſimiliter ſentit Hyginius. Septem chordas adhibuit Terpander; vnde Virgil. *in 6. Eneid.* ait:

Obloquitur numerus ſeptem diſcrimina vocum.

Diſcrimina dicit, quia nulla chorda vicinæ chordæ ſimilem ſonum reddit, vt Iſidor. *ibid. dicit.* Octauam chordam adiunxit Simonides,

nides, nonam Thimotheus, vt dicit Polidor. Virg. *lib.* 1. *de inuentor. rerũ c.* 5. Paulatim verò cythara mutata fuit, tam in forma, quam in ſpecie, & alijs vocabulis appellata, vt fidicula, Fidex, Pſalteria, Lyra, Barbita, Phænix, Pectides, & cet. vt ait idem Iſidor. vbi ſup. Veritas tamen eſt, quod cytharæ repertor fuit Tubal. vt probatur *in* 4. *Geneſ.* ibi: Tubal Pater canentium cythara, & Diu. Hieron. *vbi ſup.* oſtendit, vbi ſcribit etiam, cytharam apud Hæbreos viginti quatuor chordas habuiſſe ad formam litteræ Δ *Delta* factam. Eſt & alia ſpecies cytharæ decem chordis coaptatæ, quæ cum plectro percutitur, gratum reddens ſonum, *vt ait* Polidor. Virg. *vbi ſup.* Cum aliàs cythara quadam parua pinna, ſeu calamo inter pollicem, & indicem dexteræ manus pulſetur, ſiniſtra verò per abacum, ſeu taſtaturam, diſcurrendo ordine quodam muſico. Tenui cytharæ cantu primus vſus eſt Ariſtonicus argiuus; auxit autem Alexander Sicyonius. Ametor Eleuterneus primus cythara amores cecinit. Ridicula verò primus fuit Oenopas. Athenas illam attulit primus Phrynis Mitylenceus; In Italiam verò Arcades, & Euander, vt probat Alexand. Sardus *lib.* 1. *de rer. inuentor. c.* 21.

Adſunt diuerſæ ſpecies cythararum, nam alia dicitur communis, & magna, quæ vulgò *dicitur Citerone* 18. chordis, vt plurimum conſtans; alia verò eſt minor, & dicitur cythara Italica, & Germanica decem tantum chordis conſtans, in quinque duplicibus ordinibus, diſtributis, quarum formas habes apud kircher. *in Muſurg. tom.* 1. *lib.* 6. *Iconiſm.* 9. *fol mihi* 499.

Cythara Hyſpanica vulgo dicta *Chitarra Spagnola*, inſtrumentum eſt muſicum nimis notum, nouem, vt plurimum chordis conſtat, & aliquando decem ex animalium inteſtinis confectis in quinque etiam duplicibus ordinibus diſtributis; ſi verò ſint nouem chordæ in quatuor duplicibus, & vna ſimplici; pulſatur autem digitis dexteræ manus, ſiniſtra per abacum ordinatè premente, eius figura habetur in Muſurg. kirch. *vbi ſup. fig.* 6.

Inſtrumentum nouiter repertum; eſt & alia quæ ſeptem chordis conſtat, & dicitur *Chitarra Italiana* eſt, & *Chitarrinum* dictum à Boetio inuentum, quomodo autem tunc vocaretur, ignoratur.

Diaulus eſt inſtrumentum antiquiſſimum, duabus iunctis fiſtulis, ſeù virgis longis concauis compoſitum, quarum vnaquæque à parte ſuperiori ſubtilis eſt; in inferiori verò magis ampla quinque foramina ſingula habens virga, flatu, & digitis ſonum edens. Formam ego vidi, quam ponit etiam kirch. *vbi ſup. tom.* 2. *lib.* 8. *Iconiſm.* 14. *fol. mihi* 185.

Di-

Digitized by Google

Dichordium eſt inſtrumentum duas tantum chordas ex animalium inteſtinis continens; pulſatur autem cum paruo corio antiquo, inter pollicem, & indicem poſito, ad modum cytharæ; vulgò dicitur *Colaſcione*; quod Arabes inuenerunt, vt inquit idem Sard. vbi ſup. Quod etiam fuit acutum, & fit aliquando cum tribus, & aliquando cum quatuor chordis, cuius forma habetur apud eundem kircherium *tom. 1. Muſur. lib. 6. Icon. 9. fol. mihi* 496.

Dulcinum eſt ſpecies fiſtulæ, ſed longioris, & latioris magnitudinis, quod vulgò *Fagotto* appellatur, ſex, vel ſeptem habet foramina, linguēculam habens in ore, per quā flatum recipit; quod cum ſit omnibus notum in ipſo deſcribendo non immoro. In diuerſas autem formas à Neotericis muſicis redactum, & auctum fuit, vt in alijs inſtrumentis videtur, quas ponit idem kircher. *ibid. Iconiſm. 9. fol.* 500.

Elymon, eſt ſpecies tibiæ ex buxo confecta, quam fecere Phryges, & Marſyas, vt ait *idem* Surd. *lib. 1. c. 23.*

Epigonium eſt inſtrumentum quadraginta chordis conſtans ex calybe confectis, ab Epigonio Ambraciota inuentum, vnde nomen ſumpſit. *Idem* Sard. *vbi proximè ſup. cit.* Ambracia verò eſt Vrbs in Epyro Pyrrhi Regia olim.

Rauiſius autem *Text. in officin. tom. 2. tit. cytharedi, tibicines, cant. & muſic.* appellat *Epigoneum*, aitque quod erat inſtrumentum ab Fpigono inuentore dictum. Hoc ſine plectro pulſabatur chordis nonaginta conſtans.

Fides inſtrumentum muſicum in chordis habens harmoniam, quod ab aliquibus *lyra*, ſiue *cythara* etiam dicitur. Vnde Ouid. *in Epiſt. Oenones inquit:*

Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.

Hinc fidicina dicitur, qui fidibus canit. Terent. *in Eunu.* ſed mihi non placet opinio aſſerentium, fidem eſſe eandem, ac *cytharam*, quia cythara chordas habet ex calybe, ſiue oricalco, Fides autem conſtat ex aucthoritate Ciceronis *de leg.* chordis ex neruis confectis, ibi. *Neruos iuſſit in Thimothei fidibus incidi*; & alibi de Orat. *Omnes vxores, vt nerui in fidibus, ita ſonant, vt à motu animæ ſunt pulſæ.*

Fiſtula propriè loquendo eſt, per quam aqua fuſa educitur, & dicitur à fundendo, ſiue ferendo. Alij aiunt, dici à verbo Græco φυσα'ω idest *inflo*, vel *inſpiro*. Vnde Cicer. *Pro Rabir.* ait: *Marius fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur. Iouis optimi maximi templo præcidi imperarat.* Ita apud Varron. *lib. 3. de re ruſtic. cap. 5.* Hinc eſt, quod ab eius ſimilitudine, dictum eſt inſtrumentum muſicum ligneum, concauumque, quod flatu animatur, ſex, vt plurimum foramina habens ex anteriori parte,

 & vnum

Digitized by Google

& vnum ex poſteriori, quæ digitis vtriuſque manus ordine quodam occupantur muſico; *fiſtula* dictum, quia vocem emittit, vt Iſidoro placet *lib.3.etym.*11. Eius inuentor dicitur *Pan*, qui ſecundum Gentiles dicebatur Deus ruſticus, vt ait Plin. *lib.*11.*c.*56.*& Virg.Euleg.*2. ibi·

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis.
Fiſtula, damatas dono mihi, quam dedit olim.

Et Ouid. *in* 1.*Metamorph.* cum enim *Pan* ardentiſſimè *Syringam* Arcadiæ Nympham amore proſequeretur, & illa fugiens perueniſſet ad Landonem fluuium, & ibi à fluuio impedita conſiſteret, ita vt amplius fugere minimè poſſet, implorato auxilio aliarum Nympharum, mutata eſt in paluſtres cannas, quas *Pan* cum excidiſſet, ad ſui amoris ſolatium, ex illis cannis primus ſibi fiſtulam confecit. Vnde Virg. *in Corydon.Eclog.*2. ait:

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit: Pan curat oueis, ouiumque magiſtros.

Alij verò dicunt, ipſius inuentorem fuiſſe Mercurium ex vno calamo; ex pluribus Silenum, Alij verò Faunum dicunt, quem Cræci *Pana* vocant; Alij autem *ab Idi* Paſtore Agrigentino ex Sicilia inuentam volunt, vt refert Iſidor. *vbi ſup.* Nonnulli tamen Appollini tribuunt, vt ait Polidor. *lib.*1.*c.*15.

Fiſtulam quidam eandem credunt, ac *Siringam*, de quo vide *in Verb. Syrinx infra.*

Altera ſpecies fiſtulæ eſt, quæ militaris dicitur, vulgò *Piſara*, & eſt illa, quæ ſimul cum tympano ſonatur ſeptem foramina habens, ideſt ſex continuata, vnum verò aliquantulum diſtans; ſed tamen diuerſimodè applicatur; nam ab aliquibus applicatur ori in rectum, & dando flatum, cum digitis per foramina percurrunt; ab alijs verò applicatur labijs in tranſuerſum, & fit inſufflatio per foramina, de quo latè *apud* Merſenum *lib.*5.*inſtrument. Pneumat.* Qua vtuntur quoque Paſtores.

Alia dicitur *Fiſtula Triſtoma*, quæ maior eſt ſupradicta, tria tantum foramina continens in anteriori parte; vnum autem à poſteriori, qua, vt plurimum pueri vtuntur.

Alia eſt, quæ *Haxaſtoma* dicitur, & eſt aliquanto maior ſex conſtans foraminibus ab anteriori parte, vno verò à poſteriori, qua muſici vtuntur in concertis, gratum reddens ſonum. Eſt, & quæ octo foramina habet, quatuor ſeparata, & diſtantia ab alijs quatuor ad diuerſum effectum faciendum pro opportunitate illam adhibentis. Quarum omnium ſicut, & plurium aliarum fiſtulæ ſpecierum formas ponit *idem* Kircher. *in Muſurg.tom.*1.*lib.*6.*Iconiſm.*9.*fol.mihi* 500.

Fo-

Digitized by Google

Fonaſcus, ſiue *Phonaſchus*,eſt inſtrumentum vociferarius vocalis,moderator vocis,vt apud Nos Choriſtum,de illo mentionem facit Sueton. *in Auguſto, & Neron.c.26.& nos infrà p.4.c.1.verſ.Rethorica.*

Forninx, ſiue *Phorminx* eſt inſtrumentum cytharæ ſimile, quod Siculi inuenerunt, vt ait Sard. *lib.1.c.21.*

Fœnix, ſiue *Phœnix*, inſtrumentum eſt materia ænea formatum, à Phænicibus Syriæ populis inuentum, quod digitis percutitur, vt Sardus *inquit vbi ſup.c.24.*

Gingra eſt ſpecies tibiæ quærulam vocem emittens, ita ab Adonide inuentore eam vocant Phænices, vt ait *idem* Sard. *vbi ſup.c.23.*

Harpa inſtrumentum. *Vide Verb.Barbitos.*

Hippophorbon, eſt etiam tibiæ ſpecies ex lauro compoſita. Eam fecere primi Arabes ſcentiæ, qua canunt apud equorum paſcua. *Idem* Sard. *ibid.*

Hydraulos muſicum organum aquæ decurſu ſonum reddens, de quo Plin.*lib.9.c.8.ait*, quod Delphinus muſica arte mulcetur, præcipuè Hydrauli ſono. Adeſt vnum, quod vidi in Viridario Palatij Apoſtolici in Quirinali. Adeſt, & aliud in Ciuitate Tuſculana in Villa Aldobrandina vulgò dicta *Beluedere*, vbi multa alia curioſa per viam aquæ videntur.

Linterculus, inſtrumentum paruum eſt ad modum paruulæ chelys quatuor chordis conſtans,& arcu quoque pulſatur ſtridulnm ſonum edens, ex paruitate ipſius corporis. Formam ponit idem kircher. *vbi ſup.tom.2.Iconiſm.8.fig.2.fol.*489.

Lituus, eſt ſpecies Buccinæ, ſeu fiſtulæ incuruæ, vt quidam volunt *Authore Feſto*, gracilem edens vocem, quo in bello vtebantur antiqui Romani, quo qui canebat,liticen dicebatur. Vnde Virgil.*lib.6.Eneid.*

Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.

Et Lucret. *lib.1.ſtridor lituum, clangorque tubarum.*

Et Ouid. 3. *Faſtor.*

Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat.

Lyra inſtrumentum muſicum, vulgò dictum, propriè loquendo *Viola*, arcu pulſatur; ita dicta à varietate votum, *vt inquit* Plin *lib.3. c.*21. & eſt ad formam teſtudinis, *vt dicit* Plin. *lib. 9. c.* 10. Hodie verò aliam formam habet, vt dicetur inferiùs. Dicitur autem à verbo Græco λύτρά, *lyra* quia à Mercurio fuit data Apollini, nam antea dicebatur *Chelys*. Inuentor ipſius Mercurius dicitur in Cyllene Monte Arcadiæ. Ferunt enim, quod cum aliquando flumen Nilus inundaſſet Aegyptum, & poſtea ad ſuum alueum regreſſus fuiſſet, multa in campis occidit animalia, inter quæ fuit teſtudo, quæ ex humidita-

Digitized by Google

te, putrefacta remanſit in carne, ſed aliqui nerui remanſerunt integri, qua inuenta Mercurius tetigit neruos illos, qui ſonum quemdam dederunt, quo obſeruato,ad illius ſimilitudinem lyram compoſuit, *vt ait* Polidor. *Virg. de rer.inuentor.lib.*1.*c.*15. & poſtmodum dedit Apollini; qui tandem inuenta cythara, lyram Orpheo tradidit, quo mortuo à Muſis in Cælo collocata fuit, quæ tantæ ſuauitatis erat, vt arbores, ſaxa, atque feras traheret, vt fabulantur prædicti Authores, & Seruius *ſup.* 4. *Aeneid.* & quia ad lyram ab aliquibns verſus canebantur, qui hoc faciebant,lyrici poetæ appellabantur.Horat. 1. *Carm. ode.*1. & ex eo, quod dixi, fuiſſe à Muſis in Cælo collocatam lyram, hodie dicitur Signum Cæleſte,*vt ait* Varr.*de reruſtic.lib.* 2.*c.*5.*&* Ouid. 3. 3.*Faſtor.* ibi.

Illa nocte aliquis tollens ad ſydera vultum
Dicet, vbi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri?

Lyra imitatur mundi concentum,nam *vt ait* Diodor,Sicul. ex neruis trium chordarum, tres voces conſtituit: acutam ſcilicet,grauem, & mediam; ad formam trium anni temporum.acutum ab æſtate;grauem ab hyeme; mediam à vere ſumens. Fertur autem, ſeptem chordas poſtea fuiſſe in ea appoſitas, ſecundum numerum ſeptem Atlanthidum, inter quas erat Maija mater Mercurij. Deinde ſuperaddiderunt duas, iuxta numerum Muſarum. Polidor. *vqi ſup.*Decimam tandem, & vndecimam ſuperaddidit Thimotheus, qui etiam reddidit Muſicam in meliorem formam, de quo meminit Cicer. *lib.* 2. *de leg.* Hodie autem adſunt variæ lyrarum ſpecies, nam alia dicitur lyra hæbdachorda, quæ ſex habet chordas; Alia Pentachorda, quæ quinque compouitur chordis; Alia communis, quæ quatuor tantum habet. Alia *eſt lyra*, ſeu *Chelys* maior ex magnitudine corporis, quæ vulgò dicitur *Violone*, conſtat, vt plurimùm, quatuor chordis; cuius manubrium, tertia pars eſt totius longitndinis, magnam iu Baſſo faciendo, obtinet gratiam.

Alia dicitur *lyra*, ſeu *Chelys*, minor, vulgo: *Violino*, quatuor quoque cordis conſtans, quibus tamen ad quatuot vſque octauas aſcenditur, alia tandem lyra, ſeu Chelys eſt, quæ vulgaris, ſeu mendicorum dicitur, quia paſſim mendici illa vtuntur, præſertim vltramontani, binas, aut ternas, vel quaternas chordas ſtructas habet ex animalium inteſtinis confectis, ſicut & ſupradictæ; conſtat qnoque plectris, & palmulis ex quarum preſſione,chordæ tactæ modulationem exhibent, rotæ circumductione dexteræ manus in ſonum concitantis, ſiniſtra verò quoſdam taſtus tangente, quarum omnium figuras ponit idem kircher. *vbi ſup.tom.*1.*lib.*6.*Iconiſm.*8.*fol.mihi* 488.

Lyra,

Digitized by Google

Lyra, antiquitùs plectro, & digitis percutiebatur, & parum differebat à cythara, *vt Textor, ait vbi ſup.* nunc autem in formam quaſi teſtudinis facta vtramque exigit manum.

Magadis inſtrumentum, dicitur *per* Sardum *lib.*1.*c.*23. eſſe pectidem diſcordum organum, quo prima vſa eſt Sappho; Rauiſ. *autem textor. vbi ſup.* ait, quod ipſius inuentor fuit Magades ex quo nomen ſumpſit, ſubditque quod Magades apud Anacreontem cythara eſt triginta chordarum.

Mandora, ſeù vt alij dicunt *Mandola*, vel teſtudo compendiaria, eſt illud inſtrumentum, quod hodie dicitur vulgò: *Chitarrino,* ſeù *Burdelletto,* cum collo etiam retorto ad modum teſtudinis,ſeu *leuti*;quatuor tantum chordis ex inteſtinis conſtat, & aliquando duplicantur duplicato ordine, & pulſatur ad modum cytharæ Hiſpanicæ; cuius formam habes apud *eumd.* kircher. *vbi ſup.lib.*7.*fol.*477.

Manuchordium eſt ſpecies cymbali,tacitum ſonum edens minus *Spinetta*; inſtrumentum ſatis notum, ſed non multum antiquum.

Margaritum, eſt quoddam inſtrumentum, tamquam medium tympanum, quod vt ſymphonia, & tympanum, cum quadam virgula percutitur, & pulſatur, *vt ait*, Iſidor. *vbi ſup.*

Monaulum, dicitur ſimplex tibia; quod inſtrumentum Mercurius adinuenit primus, *vt* Plin. *lib.*7.*inquit, Sardus* verò ait, quod Monaulum nuptiale compoſuit, & fecit ex calamo hordeaceo oſiris, aut Marſias, vel Scrithes, & Rhonaces Medi. Iubas ait, Monaulum fuiſſe obliquis fiſtulis constructum.

Monochordium, erat inſtrumentum antiquitùs, vnica tantum chorda conſtans *μόνος monos* enim *ſolus* latinè ſonat; quod Arabes inuenerunt; ſicut *& Bichordium,* vulgo dictum *Colaſcione,* de quo in verb. *Dichordium*; ſed trichordium inuenit Marſyas; quinquechordium inuenere ſcythæ loris bubulis; maxillis autem caprinis vtebantur pro plectro, quod Sappho prima fecit, *vt ait* Alex. *Sard. lib.* 1. *de inuentor. rer. c.*22. formam illius habet *apud* kircher. *ibid.*

*Muſa,*eſt inſtrumentum muſicum excellentiſſimum,vt inquit *Aucthor Margaritæ Philoſophicæ lib.* 1. *c.*3. *de princ.muſic.ſpecul.* vnde Muſica dicta eſt à Muſa inſtrumento, ſecundum ipſum.

Nabla eſt inſtrumentum, quod digitis tangitur, duodecim ſonos habens. Polid. Virg. *de inuent.rer.lib.* 1.*c.*15.

Naccara inſtrumentum: vid. verb. *Crotalum.*

Naulum, erat muſicum inſtrumentum organo ſimilem; Rauiſ. *text. tom.* 2. *offic.tit.cythar.tibic.cant.& muſ. Cælius autem Rodigin.lib.antiquar.lect.* ait Naulum, alio nomine *Pſalterium* dici.

Odon-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Odontiſmus eſt inſtrumentum quatuor foraminum *vt ait idem textor. vbi proximè,* nec aliud dicit quomodo ſonum edat,vel pulſetur.

Organum, inſtrumentum eſt notiſſimum, quo hodie vtuntur Chriſtifideles, in templis præcipuè. Differt autem ab illis, quæ à Dauide confecta fuere; Illa namque organa pulſabantur plectro: noſtra verò inflantur follibus, vnde multis meatibus, quaſi cientis imparibus, vox erumpit, concertumque facit, vt *inquit* Polidor. Virg. *vbi ſup. Diu. Auguſt. in lib. de muſic. &* Iſidor. *lib.3.c* 20. *&* Ioſeph. Hæbr. *lib.7. antiquit. iud.* inquiunt,organum eſſe nomen generale quæcumque inſtrumenta Muſica comprehendens, præſertim excellentiora; quod,& Quintil. *lib.9.c.*4. probat, ibi: Natura ducimur ad modos, neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum ſoni in alios,atque alios motus ducerent auditorem. Organa etiam dicuntur quædam inſtrumenta Architectorum Vitruu. *lib.*10.*c.*1. ibi: Inter machinas, & organa id videtur eſſe diſcrimen, & cæt. ſumuntur etiam pro quolibet inſtrumento ad metiendum apto, apud Columel. *lib.* 4. Quis autem fuerit organorum inuentor ignoratnr: licet enim à Ioſeph. *vbi ſup.* dicatur, quod Dauid diuerſa fecit organa, vt leuitæ per Sabathorum dies, aliaſque ſolemnitates, laudes, atque hymnos Deo edicerent;tamen organa, quæ nunc in *Eccleſijs* adhibentur, diuerſa ſunt ab illis, vt ſupradixi. Et ideo memoria non extat, quis ea inuenerit. Non deſunt tamen qui dicant,organa fiſtulis plumbeis è Byzantio in Galliam tranſmiſſa fuiſſe à Conſtantino Imperatore ad Regem Pipinum; alij verò putant reperta fuiſſe Romæ,à Summo Pontifice Vitaliano natione Italo, vt refert idem Sard. *vbi ſup.c.*25. Quæ organa ſicut, & quamplura alia inſtrumenta à Neotericis muſicis fuerunt diuerſimodè aucta.

Adeſt quoddam genus organi aquei, quod per aquæductus ingenioſè pulſatur de quo vid. verb. Hydraulos.

Pandora, ſiue *Pandorius* ſpecies eſt cytharæ ſimilis, quam inuenit *Pan,* qui apud Gentiles Deus Paſtotalis appellabatur; ipſe enim primus diſpares calamos ad cantum aptauit,& ſtudioſa arte compoſuit, vt ait Iſidor. & Virg. *vbi ſupra.*

Paraulum, ſpecies eſt fiſtulæ, quæ organis inſeri ſolet; vt plurimum duabus fiſtulis magnis componitur, & vna ſupra aliam ponitur fortiorem propterea ſonum reddens, & diuerſum ab alijs, vt experientia docet, de quo kircher. *vbi ſup.lib.6.c.3.problem.*5.

Parœniæ, inſtrumentum, erant tibiæ antiquitùs, quibus vtebantur in conuiuijs tantum,vt ait Rauiſ. *text.in offic.tit.cyt.tib.cant.& muſ.* ſicuti ſpondiacæ aptæ erant hymnis; Choricæ Dithyrambis; Hipperteliæ virornm Choris;Parathretæ trenis. *Id.* *Pe-*

Digitized by Google

Pectis, eſt inſtrumentum, quo cythara pulſatur. Vnde Virg *lib.6. Aeneid. Iam pectine pulſat eburno*. Alex. *Sard. vbi ſup.* ait Magadim, ſecundum *Menæchmum*, & *Ariſtoxenum*, eſſe pectidem diſcordum organum, quo prima vſa eſt Sappho, *vt ſup.* retuli. Dicitur quandoque plectrum. Martial. *lib.*14. exornent docilem garrula plectra lyram.

Plagiaton, eſt ſpecies tibiæ curuæ, quod libycæ gentes, vel oſiris, vel *Pan* fecere, ex loro, vel buxo, vt inquit idem Sard. *lib.* 1. *de rer. inu. c.* 23.

Plectrum, propriè eſt inſtrumentum cytharædi, quo fides pulſantur, à verbo Græco dictum, percutere ſignificans. Cicer. 2. *de natur. Deor.* Plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere chordarum dentes. Martial. *lib.* 14. *exornent docilem* garrula plectra lyram. Dicitur quandoque Pecten, vt dixi *ſupra* verb. *Pectis.* Virg. 6. *æn. Iam Pectine pulſat eburno.* Eſt quoque plectrum inſtrumentum quoddam recuruum, ac retortum ad modum Buccinæ quatuor habens foramina correſpondentia ex vtraque parte, quod flatu, & digitis ſonum edit, cuius formam habes apud *eumd.* Kircher. *tom. 2. Muſurg. lib.* 8 *Iconiſm-* 14. *fol. mihi* 185.

Pſalterium, ſecundum Iſidor. *in* 2. *origin.* dicitur à pſallendo, quod ad eius vocem, chorus conſonando reſpondat, & vulgo dicitur etiam Canticum. Hæbrei vſi ſunt Pſalterio cum decem chordis, propter numerum Decalogi legis. Quod Phœnices inuenere quadratum forma; Alexander verò Cytheræus apud Epheſios decem chordis impleuit, vt refert Sard. *ibid.* Diu. Hieron. ſcribit etiam; quod eſt in modum Clypei quadrati cum decem chordis; vnde Dauid *in Pſalm.* 32. inquit: In Pſalterio decem chordarum pſallite illi. Et *idem* Hieronym. *in expoſitione Pſalmorum* ait, illud eſſe proprie genus organi muſici melius ſonans, quam cythara; habet autem ſimilitudinem cytharæ, ſed non eſt cythara. Inter Pſalterium enim, & cytharam, hoc intereſt, quod cythara deorſum percutitur: Pſalterium verò ſurſum, & cauamen habet in ſuperiori parte; cythara in inferiori. *Et Diu.* Auguſt. ait, quod manibus portatur percutientis, & chordas diſtinctas habet. Sed noſtra tempeſtate non concordant Authores in deſcriptione Pſalterij, nam ego vidi annis præteritis Romæ in quadam villa, ſub alia forma, quod pulſabat Dominus Ioannes Maria Canarius vtraque manu cum pennis pollice, & indice incluſis per omnes chordas diſcurrendo magna cum difficultate, quia centum quadraginta octo chordas habebat, ſed tamen ſuauiſſimum ſonum edebat, illudque non geſtabatur, dum pulſabatur, ſed collocatum permanebat in quadam tabula nuclea tres ſeries chordarum habebat, & tres octauas integras conſtituebat, ni fallor. Formam autem

poſteà

poſteà poſitam obſeruaui ab eod. kircher. *vbi ſup.tom.* 1.*lib.*6. *fol.*495. quàm vt credo ipſe habuit ab eodem Canario.

Aliud vidi in Muſeo Dominorum Ioſephi, & Abb. Iacobi Theutonici fratrum V. I. Profeſſorum in Vrbe degentium, poſt mortem Archiepiſcopi Manfredoniæ Ciuitatis eorum Auunculi; quod centum, & decem chordas ex auricalco habet in duos ordines tantum diuiſas; in primo ordine ſunt baſſus in ſexdecim voces, ſeu ordines, & continet quatuor chordas per ſingulas voces, quæ 64. chordæ ſunt, in parte ſuperiori; ſexdecim alij ordines ad tres chordas per ſingulos ordines ſubtus prædictas continet, in totum 48. & ſextam faciunt in duabus partibus inſtrumenti, in tertia verò alia parte eiuſdem octauas ſuperiores faciunt. Quod melodiam dulciſſimam reddit, dum ipſemet Dominus Ioſeph coram me illud pulſabat, ſimiliter cum duabus calamis in ambabus manibus. Iſti Domini habent multa alia inſtrumenta curioſiſſima,quorum aliquorum nomina ipſimet ignorant.

Habent ijdem aliud Pſalterium,quod plectro octauam faciens cum quinque calamis infixit pulſatur, in formam paruuli cymbali.

Pſaltes, eſt diuerſum inſtrumentum à Pſalterio, antiquiſſimum; cum de illo mentio fiat *in* 4.*Reg.c.*3. vbi de Eliſæo Propheta habetur nolente prophetizare, niſi pulſato Pſalte; quo autem nomine vocetur hodie, vel an ſit amplius in vſu, ego ignoro.

Pſithyr, eſt inſtrumentum quadratam habens formam,& tenuem reddens ſonum, multis chordis conſtans; quod, vt Sardus inquit, aliqui vocant Aſcarum, quo tactis neruis cantatur.

Quinquechordium, ipſum nomen qualitatem patefacit. Scythæ inuentum loris bubulis, maxillis autem caprinis vtebantur pro plectro; quod prima fecerat Sappho, vt Sardus *refert vbi ſup.*

Sambuca, eſt inſtrumentum muſicum, quod & Sambyx, ſiuè Sambyca appellatur à Sambyce,ſiue Sambuco inuentore nomen ſumens, vt Diomedes inquit; licet Athenæus dicat, ipſius inuentorem fuiſſe Ibycum Rheginum Poëtam;*Solino* verò placet,quod inuenerint Troglodytæ, Aphricæ Populi. Genus tamen eſt ligni fragilis, vnde, & tibiæ componuntur, vt Iſidorus inquit. Et Porphir. in Ptol. ait, eſſe ad formam trianguli, ſolebatque leuiori carminum generi adhiberi, quod ex neruis,tùm longitudine, tùm craſſitudine inæqualibus conſtabat. Vnde prouerbio fertur per Aldum Manutium: *ſambucam coturno aptare,* quando ſcilicet res leuiſſimas, planèque nugatorias, negotijs grauibus, ac ſerijs quis admiſcet. Vnde Perſ. *Satyr.*5.

Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Sam-

Digitized by Google

Sambuca vſa eſt ſibylla, acutæ vocis cauſa, quo Iambos canebat, vt Sardus ait; nam acutiſſimum ſonum edit, quo Parti vtebantur, & Trogodithæ Populi.

Siſtrum, eſt inſtrumentum æneum, quod manu geſtatur, & concuſſum, acutum tinnitum reddit. Vnde Apuleius inquit: *Aëreis, & argenteis, & aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes*; ex quo conſtat, quod fiunt etiam ex alio metallo, quam æneo tantum. Illius inuentrix fuit *Iſis* Aegyptiorum Regina vnde Iuuenalis ait.

Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro.

propterea Aegyptij Sacerdotes ſiſtro vti ſolent in Iſidis Sacris; hoc etiam mulieres vtuntur, quia inuentrix fuit mulier. Et apud Amazonas, exercitus feminarum ſiſtro ad bellum vocabatur, vt Iſidorus refert. Illo etiam vtuntur Aegyptij loco tubæ. Virg. 8. *Aeneid. Patrio vocat agmine ſiſtro.*

Figuram verò Siſtri, & eius diuerſas ſpecies fecit incidi, & inſculpi in quadam magna charta annis præteritis Dominus Franciſcus Gualdus Ariminenſis eques Sancti Stephani è familia fæl. rec. Vrbani VIII. & in ſuo muſeo collocauit; in quo conſeruabat etiam dictum inſtrumentum, quod eſt ſimile cytaræ Hiſpanicæ in forma; ſed in materia differt, cum ſit æneum, per cuius medium tranſeunt hinc inde tres virgulæ æneæ inſtrumentum percutientes quando agitatur manibus in aëre, ex quarum colliſione naſcitur ſonus. Inſcriptio verò, quam imprimi fecit, eſt quæ ſequitur; Videl. Siſtrum è ruinis Vrbis nuper erutum, cuius typum hic damus figura adamuſſim, & magnitudine ſeruata, æreum eſt, viridique ærugine obductum. Eius formam, qualem hic cernimus Apulei. *lib. 11. metam. de Iſide* loquens hiſce verbis delineauerat: dextra quidem ferebat æreum crepitaculum, cuius per anguſtam laminam in modum Balthei recuruatam traiectæ medio paucæ virgulæ criſpante brachio tergeminos iactus reddebant argutum ſonorem. Itaque falſi ſunt, qui Siſtrum putarunt, aut crotalum eſſe, aut cymbalum. Dictum videtur à verbo Græco. παρὰ τῦ σείειν, vt quibuſdam placet, quod agitare vibrare, concutere ſignificat. Proprium erat Iſidis geſtamen cuius motu (*ſi Seruio ad 8. Aeneid.* credimus) Nili acceſſus, receſſuſque ſignificabatur; ſiuè vt teſtatur Plutarchus, perpetua rerum naturalium agitatio, ad torpedinem, tabemque arcendam; nam ſub Iſide rerum naturam intelligebant. Non minus tamen dabatur reliquis Dijs Aegyptiis, vt ex numinis, alijſque veteribus monumentis videre eſt. Ipſum præterea Iſidis Sacerdotes gerebant, quos idcirco ſiſtratam turbam vocat Martialis *lib. 12.* Ad alias quoque res, non tantùm ad Sacros adhibebatur, veluti ad ſe-

Digitized by Google

dandos infantium ploratus. Martial. *lib.* 14. *ſiquis plorator collo tibi vernula pendet.*

Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

Niſi ſiſtri nomine vſus eſt pro quolibet crepitaculo. Hodie argentea tintinnabula, aliauè ſonitum edentia puerorum collo appendimus. Sed & in bello vſi eſſe Aegyptij videntur. Virgilius *de Cleopatra in pugna Attiaca* 8. *Aeneid.*

Regina è puppi patrio vocat agmine ſiſtro.

Qua de pugna. Et Propert. *lib.* 3. *ſic ait:*

Romanamque tubam trepitanti pellere ſiſtro.

Et Manilius *lib.* 1.

Atque ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro.

Ait certaſſe fulmina ſiſtro, innuens, Iouem tonantem, qui in Capitolio colebatur, à Romanis ſtetiſſe; Iſim ſiſtratam, aut Anubim ab Aegyptijs; nam & *Propertius* dixerat:

Auſa Ioui noſtro latrantem opponere anubim.

Et Maro contra Romanos Deos pugnaſſe ſcribit monſtra Deorum Aegyptiorum. *Apuleius* non ærea tantum, ſed & argentea, & aurea fuiſſe ſiſtra innuit *lib.* 11. At neſcio, an vlla, præter ærea, ſint hactenus reperta. Ex ære, vt plurimum factitari ſolita, quod æs præ cæteris metallis, ſit admodum vocale. Elici poteſt ex *Tibullo*, qui æra ſimpliciter vocat, ſiſtra intelligens, ijs verſibus.

Quid tua nunc Iſis tibi Delia? quid mihi proſunt
Illa tua toties æra repulſa manu?

Quam ob rem *ſtatius* 1. *Thebaid.* Nilum æriſonum vocat, nam vt aiebat Claudianus: *Nilotica ſiſtris ripa ſonat.* Aes certè ad res diuinas adhiberi ſolitum, teſtatur Macrobius *lib.* 5. *Saturnalium*, quòd, & alicubi innuit *Feſtus Pompeius.*

De Fele, quæ cum catulis curuato Siſtri vertice incubat, loquitur Plutarc. *lib. de Iſide, & oſiri*, aitque eo loci felem effingi ſolitam, ob neſcio quam eius animantis cum Luna affinitatem. Iſidem verò eandem cum Luna creditam eſſe, nemini obſcurum eſt, quin, & ipſomet Siſtri curuamine deſignari Lunæ globum ea complectentem, quæ motionibus, & mutationibus ſunt obnoxia; idem Plutarchus aſſerit.

Formam quoque Siſtri ponit kircher. *in Muſurg. tom.* 2. *lib.* 8. Iconiſm. 14. fol. mihi 185.

Spinetta, eſt inſtrumentum notiſſimum, quod Clauicymbalorum genus eſt, totidem chordis compoſitum, ac cymbalum, at non ex oricalcho, vt in cymbalo fit, ſed ex ære, ſeù calybe, ſonum edit, non

tàm

Digitized by Google

tàm ſonorum, vt cymbalum, cum ſit alterius figuræ minoris; & aliquando panno rubeo chordæ occupantur, ad effectum, vt ſubmiſſiùs ſonum edat.

Adeſt quoque Spinettinum, paruum quidem, ſed acutum reddens ſonum, ac mirabile ex paruitate corporis, vt ita loquar; Romæ inuentum nouum.

Symphonia, inſtrumentum muſicum ligneum eſt, ex vtraque parte cauum pelle extenſa, quam virgulis hinc, & inde muſici feriunt; fitque in ea ſuauiſſimus cantus ex concordia grauis, & acuti, vt inquit Iſidorus *lib. 3. origin.*

Syrinx, ſiue *Syringa*, idem eſt, quod Fiſtula, ſiue ſimplex ſit, ſiuè ex pluribus calamis contexta; Græci enim Fiſtulam, Syringam vocant. Teſtis eſt Euſebius *in 2. de præpar. Euang*: eius inuentrix fuit Cybele, vxor Saturni, vt ait Polidor. Virg. *lib. 1. c. 15.* Alex. verò Sardus *lib. 1. c. 24.* inquit, illam inueniſſe *Olympum*, vel *Marſiam*, vel *Terpſichorem*, vel *Pan* in Nomijs montibus, & Galli, qui verſus Oceanum ſunt, protibijs Syringas habebant, quibus *Hiagnis* primus vſus fuit, ordinariè autem octo componitur calamis diſparibus, à primo vſque ad octauum gradatim auctis; ſonum edit, applicando illud labijs, & flatu oris animante. Cuius figuram ſimiliter habes apud eundem kircher. *vbi ſup. tom. 2. lib. 8. Iconiſm. 14. fol.* 185.

Teſtudo, eſt inſtrumentum muſicum, quod vulgò dicitur *leuto*, ad formam teſtudinis confectum chordis nouem duplicatis conſtat ex animalium inteſtinis, excepta prima chorda, quæ *canto* dicitur; quæ ſimplex ſolet eſſe, non duplicata; longitudine omnes ſunt æquales, craſſitie verò differunt. Eſt autem hoc inſtrumentum minus Thiorba, & habet collum, ſeù manubrium retortum; digitis dexteræ manus pulſatur, percurrendo per omnes chordas, ſicut fit in Thiorba, digitis verò ſiniſtræ per taſtus ordine muſico tangendo, nunc vnum, nunc alium. Formam ponit etiam *Idem* Kircher. *vbi ſup. tom. 1. lib. 6. fol. mihi* 477.

Thiorba, eſt inſtrumentum notiſſimum, maius teſtudine, tam in longitudine manubrij, quam in ventre; chordis conſtat, ex animalium inteſtinis, confectis, & hæ, vt plurimum, ſunt in decem ordines diſtributæ; aliæ in duodecim, & aliæ in quatuordecim ordines; non tamen æqualiter inſtructæ ſunt, ſed quædam chordæ ſunt longo ordine collocatæ, quædam verò breuiori accommodatæ. Figuram itidem ponit kircher. *vbi ſup. proximè cit.* Thiorbam inuenit quidam Neapolitanus qui primus teſtudinis collum productiùs duplicauit, & cordas diuerſas addidit, à quo nomen per iocum ſortita eſt. Idem ib.

Digitized by Google

Tibia eſt inſtrumentum oblongum, & foraminibus ferè plenum, quod inflatum, & digitis adductis, ac aliquando reductis, iucundum reddit ſonum. Dicitur *Tibia,* quia primùm ex tibijs confectum creditur, vel de ceruinis tibijs, aut hinnulorum cruribus fierent; Deinde paulatim ſic vocari cæperunt, etiam, quæ non de tibijs, ſeù cruribus eſſent, vt ex arundinibus, cum quibus voce canere inſtituit Træzenius Dardanus; & diù in funeribus tantùm adhibita fuit in Phrygia, vbi inuenta fertur à Mida obliqua forma, vt Polidor. Virg. *infra citand ait*; poſteà verò, & ſacris Gentilium introducta, vt Iſidor. *refert lib.* 3. *origin. c.* 7. Hinc Ouid. 5. *triſt. eleg.* 1. *Tibia funeribus conuenit iſta meis.*

Hinc Tibicen dicitur Tibiarum cantor, vt Iſidorus ait. Qui verò Tibiam ſonant, choraulæ appellantur. Martial. *lib.* 13. *&* Plin. *lib.* 7. *cap.* 1.

Inuentor geminarum Tibiarum, dicunt Diodor. & Euſebius, quòd primus fuit Marſias, quod Plinio placet. Alij verò Apollini tribuunt; ſicuti, & lyræ, & fiſtulæ inuentionem, *vt probat* Polidor. Virg. *lib.* 1. *de rer. inuent. c.* 15. quia ſimulacrum ipſius, quod erat in Delo, habebat in dextera arcum, in ſiniſtra *Gratias*, quæ tres à Poetis finguntur: Iouis, & Veneris filiæ, nempe *Aglaia, Thalia, & Euphroſynen*, & ſingulæ inſtrumenta muſica manibus geſtantes: Vna lyram, altera Tibias, media fiſtulam tenebat. Quarum primam Græci nominarunt ab hilaritate, ſeu lætitia, ex eo, quia beneficium præſtandum ſit hilariter; ſecundam à viriditate, quod ſcilicet ſemper viridis eſſe debet memoria beneficij accepti, & numquam marceſcere; tertiam verò ab oblectatione, quod non minus in dando beneficia, quam in accipiendo nos delectari conueniat. Harum vna auerſa pingitur; duæ ad Nos conuerſæ, quod illud ſignificatur, duplicem, pro accepto beneficio, gratiam rependi oportere. Nudæ Gratiæ repræſentantur, quia beneficia ſine fuco eſſe oportet. Connexæ, itaut vna alteram manu teneat, quia beneficium, ſemper aliud parere debet, & quòd perpetuum debet eſſe beneuolentiæ fœdus. Hilares ſunt; tales enim eſſe debemus in dandis, & accipiendis beneficijs. Iuuenes, quia gratia, & memoria accepti beneficij, numquam ſeneſcere debet. Virgines tandem, & ſe lauantes in fonte Acidalio Orchomeni finguntur, vel quia beneficia pura eſſe debent, & nullam retributionis ſpem habere; vel quia nihil turpe, & quod honeſtum non ſit, petere oportet; vt alibi innui. Alexander *verò* Sardus *lib.* 1. *c.* 23. refert, tibias inueniſſe Euterpen, vel Thaliam, aut Apollinem, vel Ardalum Troëzenium Vulcani filium. Pindarus autem ait, fuiſſe Mineruam, Sibilum ſerpentum, qui in capite Meduſæ erant, ac luctum Eurialis, & Sthemonis Meduſæ Soro-

rum,

Digitized by Google

rum,imitatam;reliqua de tibijs congeſta vide apud eumdem Sardum & ipſo fuſiùs, ac de tibiarum generibus, Cælium *lib.5. antiquar. lection. cap.23.25.& 26.*

Tintinnabulum eſt inſtrumentum æneum, quo antiquitùs conuocabatur Populus ad lauandum, ſic dictum à ſono, quem edit; ſicuti dicitur plauſus manuum, & ſtridor valuarum, vt ait Iſidor. *lib. 3. ethymol. c.7. &* Plin. *lib. 36. c.13. &* Iuuenal. *Satyr.* 6. Antiquiſſimum eſt eius vſus, nam in ſacrificijs adhibebatur tempore Moyſis, *vt* Exod. 28. & oſtendi in Verb. Campana.

Toſinon, inſtrumentum muſicum eſt, chordis trigintaquinque conſtans, vt ait Textor. in ſua offic. tom.2.tit.cythar.Tibic.Cant.& Muſ. nec aliud ſubdit more ſuo.

Trichordium eſt inſtrumentum trium chordarum, quod Arabes inuenere, *vt* Sardus *ait lib.1.c.20.* ſicuti, & Dichordium, cuius figuram ponit idem kirch. *vt in Verb. Dichordium.*

Tripus eſt muſicum inſtrumentum à Pythagora Zacynthio inuentum, Delphico tripodi perſimilem, vt inquit Sardus *ibidem cap.* 22. Quot autem, aut quibus chordis conſtet,aut quomodo pulſetur Sardus non declarat. Rauiſ. *verò* Textor. *vbi ſup.* ait, quod tripus præbebat vſum trium cythararum, vt tres cytharædi concordes viderentur pulſare; habebat enim triplicem harmoniam. Tripodes erant menſæ, vt ait Seruius, in templo Apollinis Delphici,qnibus ſuperpoſitæ Phæbades vaticinabantur. Plin. *lib.34.c.3.* Ex quorum ſimilitudine confectum fuit inſtrumentum prædictum.

Tromba marina. Vid. Verb. Tuba in fin.

Trombone. Vid. ibid.

Tuba eſt inſtrumentum incuruum ex ære, vel argento, cuius ſonitu inflammantur ad bellum milites, & equi. Vnde Cicer. ad Her. *lib.4.* ait: In Concione de virtute loqueris, in prælio, per ignauiam, tubæ ſonitum perferre non potes. Et Virg. *lib. Aeneid. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.* Huius inuentionem Plin. *lib.6.c.56.* Piſeo Tyrrheno tribuit, & Diodor. *lib. 6.* Tyrrhenis omnibus, Sardus verò *vbi ſup.* ait, quod Maleus Tyrrhenorum Dux.

Tubas inuenit, qui piraticam faciebat. *Hinc* Virgil. *Tyrrhenuſque tuba mugire per æthera clangor,* vel quod illam conſtruxerit Tyrrhenus Herculis filius in lydia. Ioſeph autem Hæbr. *in 3. antiq. iudaic.* inquit Tubæ inuentorem fuiſſe Moiſem Diuinum illum Hæbreorum Ducem; quæ lingua Hæbraica vocatur aſoſtra, & ideo antiqua eſt; conſtat enim ex Sacra Scriptura *Numer.* 10. quod Moyſes mandato Dei duas ex argento fecerit, ibi: locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens:

cens: fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem, quando mouenda ſunt caſtra, ſi ſemel clangueris venient ad te principes,& capita multitudinis Iſrael: ſi autem prolixior, atque conciſus clangor increpuerit, mouebunt caſtra primi, qui ſunt ad Orientalem plagam. Acron tandem per Polidor. Virg. *c.*15. relatus, inquit, Dircæum Poetam primùm tubam inueniſſe; ſed mihi placet opinio Ioſeph.Hæbrei,*vbi ſup.* Adhibebatur autem non ſolum in prælijs, vti nunc fit; ſed etiam in omnibus feſtis diebus propter laudes, vel gaudij claritatem, vt habetur *in Pſalm. Canite Tuba in Sion initio menſis in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*. Præceptum enim habebant Iudæi, vt initio nouæ lunæ tuba clangerent, vt refert Diu.Iſid. *lib.3.c.7.* quod etiam hodiè ſeruatur. Ante Arcam quoque fœderis tuba vtebantur, vt habetur *lib.1.Reg.* & ſimiliter Ioſue tuba vſus eſt,vt *habetur in lib.Iudith.*

Adeſt alia ſpecies tubæ retortæ in duabus, vel tribus partibus diſtributa, quæ dicitur *tuba ductilis*, vulgò autem *Trombone*, qua muſici vtuntur pro voce graui vulgò Baſſo, non ingratum reddens ſonum; & aſſociata cum alijs inſtrumentis, optimum facit effectum. 10

Adeſt quoque aliud inſtrumentum tubæ ſonitum imitans, ſi aliquantulum à longè obſeruetur, quod vulgò dicitur *Tromba Marina*; quod eſt ad formam lyræ communis, ſed in forma longe diuerſum, cum ſit longiſſimum, Vnam tantum chordam ex canape habet,& arcu tangitur.

Figuram tubæ communis,& ductilis ponit *Idem* kircher.*in Muſurg. tom.1.lib.6.Iconiſm.9.fol.mihi* 500.

Tympanum, eſt inſtrumentum Muſicum, ligneum, quadratum ex vna parte planum, corio, ſeù membrana clauſum, intus vacuum, vt cætera inſtrumenta, quod vno baculo, & aliquando duobus baculis pulſatur, conſtat chordis ex metallo confectis. Eſt autem media pars Symphoniæ in ſimilitudinem cribri; ſuauiſſimum quidem reddens ſonum.

Dicitur tympanum, quia medium eſt, vt inquit Iſidor. *in 3. Ethymol.* de quo Dauid Rex *Pſalm.*148.*verſ.penult. Laudate eum in tympano, & choro, &c. & alibi* pluries. Antiquitus Gentiles eo vtebantur in ſacrificio matris Deorum. Vnde Virgil. 9. *Aeneid. tympana vos,buxuſque vocat Berecynthia, &* Ouid. 4. *Faſt.& inania tympana tundent.* Sumitur etiam nomen tympaui pro tecto vehiculi, vt Seruius ait. Necnon pro machina lignea, qua oſtia abſconduntur; ac illa, qua aqua ex puteis hauritur ad hortos irrigandos, ſic etiam illa, qua in portubus naues exonerantur, vt Lucan. *lib.* 4. Eſt etiam tympanum genus vaſis

teſte.

Digitized by Google

teſte. Plin. *lib.33.c.11.* Eius inuentor ignoratur quis fuerit, antiquiſſimum eſt.

Hoc inſtrumentum ego vidi in Muſeo *prædictorum DD. de Theutonicis,* quod eſt totum ligneum non corio coopertum, diuiſum in duabus ſcamnulis triginta ſex chordas ex auricalco habet in nouem ordines, ad quatuor chordas per ſingulos ordines collocatas, ſed tam extraordinariè poſitas, vt niſi videantur, deſcribi nequeant; ex parte maiori, & dextera, quæ duas partes totius continet, facit quintam maiorem, ex alia tertia parte ſiniſtra, quintam altiorem, & duabus virgulis ipſemet D. Ioſeph Theutonicus pulſabat.

Adeſt aliud timpanum bellicum inſtrumentum, quo vtuntur milites in bello, ligneum quippe eſt, & rotundum ex vtraque tamen parte planum corio clauſum, funiculis quibuſdam accommodatum, intus vacuum, quod duabus virgulis, ambis manibus percutitur, ſonum magnum reddens, ad ferociores militum animos ad prælium reddendos, & ad ſigna exercitui dandum, aptum. de quo mentionem facit Appianus Alexandrin. *in lib. Parthico. &* Plutarchus *in vita Craſſi,* ibi: *Parthi tympanorum ſonitu pugnam nunquam inire ſolebant.*

Adeſt, & aliud genus, quod vulgo dicitur *Tamburrino*, quo vtuntur puellæ, & eſt paruum, manu enim ſiniſtra illud mouent, cum ſit multis campanulis, & partibus metalli plenum, & digitis dexteræ percutitur in corio diſtēto in vna parte, in quo cantant, & tripudiant; ſemper tamen eumdem ſonum reddit; quod omnes ſciunt.

Vtriculus, muſicum eſt inſtrumentum, vulgò dictum *Sordellina*, quod multis fiſtulis conſtat vtri infixis, cui etiam inſunt folles, quæ brachio compreſſæ flatum influunt fiſtulis ipſis, quæ digitis vtriuſque manus ordine muſico tactæ, ſonum gratiſſimum reddunt cum multæ ſint, & diuerſimodè collocatæ.

Adeſt, & alia ſpecies Vtriculi, quæ propriè dicitur *Piua Paſtoralis*, quæ ſecundum aliquos eſt eadem, ac Cornamuſa, vt inquit kircher. *in Muſurg. tom. 1. lib. 2. c. 2. §. 4. fol. mihi* 506. vbi etiam deſcribit eius figuram, conſtat autem quatuor, vel quinque fiſtulis ligneis perforatis, & vtrò infixis, qui vter linguecula quadam flatum ex ore recipit, vter autem inflatus fiſtulas animat, illæ autem digitis compreſſæ in quibuſdam foraminibus ſonum reddunt, vt omnibus conſtat.

Zooglosſa, inſtrumentum muſicum, eſt quædam ſpecies fiſtulæ partim ex ligno, partim ex cupro confectum, duas habens partes integrantes, cum quadam lingua ænea. Imitatur voces animalium, & volucrum, maximè eorum, quæ voces ſimiles humanæ habent: & flatu ſonatur, ac multipliciter conflatur, cuius figuram ponit *idem*

kir-

Digitized by Google

kircher. *vbi proximè Iconiſm. 9. figur. 14. 15. & 16. fol. 500.*

Zylorganum, eſt quoddam artificioſum inſtrumentum ex duodecim virgulis, vt plurimum, inæqualibus confectum, quæ virgulæ ex ligno fiunt, ſed ſi ex metallo; meliorem reddunt harmoniam, maximè ſi concauæ ſint ad modum fiſtulæ; ſunt autem collocatæ in quodam filo ferreo, cum anulo ſimiliter ferreo in ſummitate ipſius, tali ordine; vt propè annulum, ex quo pendet à pollice ſiniſtræ manus, incipiat virgula minor, poſtea ſequitur alia aliquantò maior; deinde alia maior, & ſic de ſingulis ſucceſſiuè ſemper in maiori longitudine, & latitudine collocantur. Pulſatur autem cum quodam ſubtili plectro ferreo, & palmari, dextera manu artificioſe, harmonicèque per omnes diſcurrendo, nunc hanc, nunc illam virgam percutiendo, ſecundum muſici peritiam. Hoc inſtrumentum cum alijs aſſociatum, incredibile eſt, quam gratum ſonum edat. Quod pòteſt etiam fièri ex pluribus virgulis eodem ordine collocatis, & perfectius erit, cum ex multiplicatione octauarum, melior effectus conſequetur, vt videtur in Cymbalo, Harpa, Thiorba, Lyra, & cæteris inſtrumentis perfectis. Hoc inſtrumentum vidi in domo D. Abb. Iacobi Theutonici, qui multa alia extraordinaria, & curioſa conſeruat; eius autem figuram ponit Idem kircher. *ibid. p. 4. c. 1. de inſtrumentis cruſt.* Fuit autem hoc inuentum à quodam hiſtrione, vt idem refert, vbi proximè ad depellendam malencholiam cuiuſdam Principis ægrotantis; accepit enim ille ingenioſus hiſtrio multas feles, differentes, tam in tempore quam in magnitudine, quas cuidam ciſtæ ad talem effectum artificioſè factæ, incluſit hoc ordine, vt ipſarum caudæ per foramina extentæ, certis quibuſdam canalibus insererentur affixæ, quibus palmulas ſubdidit ſubtiliſſimis aculeis, loco malleorum inſtructas; feles verò iuxta differentem magnitudinem tonatim diſpoſuit, itaut ſingulæ palmulæ, reſponderent ſingulis felium caudis; quod inſtrumentum pulſatum opportunè ad animi Principis relaxationem, eam harmoniam reddebat, qualem felium voces facere poſſunt; nam palmulæ digitis organædi depreſſæ, dum caudas aculeis pungunt, in rabiem feles actæ, ſtridulas voces edebant, nunc grauem, nunc acutam, ſecundum eorum magnitudinem, non ingratam harmoniam reddentes, quæ omnes audientes ad riſum mouebant; & forſan ſorices ad ſaltus, & fugas concitare poſſent, ſi adeſſent.

Iulius Pollux multa inſtrumenta enumerat ad muſicam facientia, inter ea, quæ pulſantur, inquit ipſe, ſunt lyra, cythara, Barbiton, Pſalterium, Phænix, Spadix, Lyrophænicium, Clepſiambus, Pariambus, Iambice, Scindopſus, Epigoneum, Hypoſpadius, & cæt. quæ refert

Textor.

Digitized by Google

Textor. vbi ſup. Reliqua ad inſtrumentorum materiam concernentia vide apud Merſennum *lib.5. de inſtrumentis*. Nunc verò propoſitum ordinem proſequendo, ad alia progrediamur; quia ſi ampliùs immorare vellem ad inſtrumentorum omnium genera deſcribenda ſingillatim multum temporis conſumerem, cum innumera fere ſint, partim quorum, nomina ignorantur hoc noſtro ſæculo; & multa alia inuenta ſunt nouiſſimis iſtis temporibus; ſed hæc pauca enunciaſſe ſufficiat.

Alij diuidunt muſicam in Theoricam, & Pratticam tantum. Practicam rursùs in Inſtrumentalem, & vocalem. Vocalis vero, aut eſt cantus firmi, aut figurati. Taſſon. *lib.* 10. *c.* 23.

CAPVT TERTIVM.

Quando, A quo, & vbi inuenta ſit Muſica.

PLura de hac re ſcriptorum placita circunferuntur. Et quidem irrefragabili Sacræ Scripturæ teſtimonio, Muſica poſt orbem conditum, ante diluuium inuenta traditur à Tubal Lamech filio, & ab illo originem habuiſſe ſacræ teſtantur paginæ, vbi Pater canentium cythara nuncupatur. Geneſ. *c.* 2.4. *&* 21.

Græci verò Pithagoram dicunt huius facultatis inueniſſe primordia ex malleorum ſonitu, & chordarum extenſione; *vt tradit Boet. lib.* 1. *de Muſic. cap.* 10. Quod, & Plutarcho placet *de virt. moral.* vbi ait, ipſum Pythagoram magnum Philoſophum inueniſſe conſonantias, & rationem muſicarum proportionum, animæ demulcendæ, atque pacandæ cauſa; & hoc feciſſe ex malleorum fabriferrarij ſonitu, qui ex pondere, numero, & menſura, ſuo ſubtili ingenio dedit harmoniam. Et idem probat Microl. *lib.* 1. *c.* 20.

Sed Muſicæ harmoniæ inuentionem Dioni ſic attributam teſtis eſt Euſebius *lib. 2. de præpar. Euang* Alij Linum Thebeum, & Orphæum ambos dijs genitos ipſius repertores tradunt, vt Iſidor. refert *lib.* 3. *orig. c.* 2. qui inſignes muſici fuere, cum alter eorum cantus ſuauitate nedum rudes hominum animos demulceret, ſed & feras, & ſaxa traheret, vt Horat. *in arte poet.* Syluestreis homines, & cæt. & Virgil. *Eclog.* 4.

Non me carminibus vincet, nec Tracius Orpheus,
Nec linus, huic mater quamuis, atque huic Pater adſit, & cæt.

kircher. *vbi proximè Iconiſm.* 9. *figur.* 14. 15. *&* 16. *fol.* 500.

Zylorganum, eſt quoddam artificioſum inſtrumentum ex duodecim virgulis, vt plurimum, inæqualibus confectum, quæ virgulæ ex ligno fiunt, ſed ſi ex metallo; meliorem reddunt harmoniam, maximè ſi concauæ ſint ad modum fiſtulæ; ſunt autem collocatæ in quodam filo ferreo, cum anulo ſimiliter ferreo in ſummitate ipſius, tali ordine; vt propè anulum, ex quo pendet à pollice ſiniſtræ manus, incipiat virgula minor, poſtea ſequitur alia aliquantò maior; deinde alia maior, & ſic de ſingulis ſucceſſiuè ſemper in maiori longitudine, & latitudine collocantur. Pulſatur autem cum quodam ſubtili plectro ferreo, & palmari, dextera manu artificioſe, harmonicèque per omnes diſcurrendo, nunc hanc, nunc illam virgam percutiendo, ſecundum muſici peritiam. Hoc inſtrumentum cum alijs aſſociatum, incredibile eſt, quam gratum ſonum edat. Quod pòteſt etiam fièri ex pluribus virgulis eodem ordine collocatis, & perfectius erit, cum ex multiplicatione octauarum, melior effectus conſequetur, vt videtur in Cymbalo, Harpa, Thiorba, Lyra, & cæteris inſtrumentis perfectis. Hoc inſtrumentum vidi in domo D. Abb. Iacobi Theutonici, qui multa alia extraordinaria, & curioſa conſeruat; eius autem figuram ponit Idem kircher. *ibid. p.* 4. *c.* 1. *de inſtrumentis cruſt.* Fuit autem hoc inuentum à quodam hiſtrione, vt idem refert, vbi proximè ad depellendam malencholiam cuiuſdam Principis ægrotantis; accepit enim ille ingenioſus hiſtrio multas feles, differentes, tam in tempore quam in magnitudine, quas cuidam ciſtæ ad talem effectum artificiosè factæ, incluſit hoc ordine, vt ipſarum caudæ per foramina extentæ, certis quibuſdam canalibus inſererentur affixæ, quibus palmulas ſubdidit ſubtiliſſimis aculeis, loco malleorum inſtructas; feles verò iuxta differentem magnitudinem tonatim diſpoſuit, itaut ſingulæ palmulæ, reſponderent ſingulis felium caudis; quod inſtrumentum pulſatum opportunè ad animi Principis relaxationem, eam harmoniam reddebat, qualem felium voces facere poſſunt; nam palmulæ digitis organædi depreſſæ, dum caudas aculeis pungunt, in rabiem feles actæ, ſtridulas voces edebant, nunc grauem, nunc acutam, ſecundum eorum magnitudinem, non ingratam harmoniam reddentes, quæ omnes audientes ad riſum mouebant; & forſan ſorices ad ſaltus, & fugas concitare poſſent, ſi adeſſent.

Iulius Pollux multa inſtrumenta enumerat ad muſicam facientia, inter ea, quæ pulſantur, inquit ipſe, ſunt lyra, cythara, Barbiton, Pſalterium, Phænix, Spadix, Lyrophænicium, Clepſiambus, Pariambus, Iambice, Scindopſus, Epigoneum, Hypoſpadius, & cæt. quæ refert

Textor.

Digitized by Google

Textor. vbi ſup. Reliqua ad inſtrumentorum materiam concernentia vide apud Merſennum *lib. 5. de inſtrumentis*. Nunc verò propoſitum ordinem proſequendo, ad alia progrediamur; quia ſi ampliùs immorare vellem ad inſtrumentorum omnium genera deſcribenda ſingillatim multum temporis conſumerem, cum innumera fere ſint, partim quorum, nomina ignorantur hoc noſtro ſæculo; & multa alia inuenta ſunt nouiſſimis iſtis temporibus; ſed hæc pauca enunciaſſe ſufficiat.

Alij diuidunt muſicam in Theoricam, & Pratticam tantum. Practicam rursùs in Inſtrumentalem, & vocalem. Vocalis vero, aut eſt cantus firmi, aut figurati. Taſſon. *lib. 10. c. 23.*

CAPVT TERTIVM.

Quando, A quo, & vbi inuenta ſit Muſica.

PLura de hac re ſcriptorum placita circunferuntur. Et quidem irrefragabili Sacræ Scripturæ teſtimonio, Muſica poſt orbem conditum, ante diluuium inuenta traditur à Tubal Lamech filio, & ab illo originem habuiſſe ſacræ teſtantur paginæ, vbi Pater canentium cythara nuncupatur. Geneſ. *c. 2. 4. & 21.*

Græci verò Pithagoram dicunt huius facultatis inueniſſe primordia ex malleorum ſonitu, & chordarum extenſione; *vt tradit Boet. lib. 1. de Muſic. cap.* 10. Quod, & Plutarcho placet *de virt. moral.* vbi ait, ipſum Pythagoram magnum Philoſophum inueniſſe conſonantias, & rationem muſicarum proportionum, animæ demulcendæ, atque pacandæ cauſa; & hoc feciſſe ex malleorum fabriferrarij ſonitu, qui ex pondere, numero, & menſura, ſuo ſubtili ingenio dedit harmoniam. Et idem probat Microl. *lib. 1. c. 20.*

Sed Muſicæ harmoniæ inuentionem Dioni ſic attributam teſtis eſt Euſebius *lib. 2. de præpar. Euang* Alij Linum Thebeum, & Orphæum ambos dijs genitos ipſius repertores tradunt, vt Iſidor. refert *lib. 3. orig. c.* 2. qui inſignes muſici fuere, cum alter eorum cantus ſuauitate nedum rudes hominum animos demulceret, ſed & feras, & ſaxa traheret, vt Horat. *in arte poet.* Sylueſtreis homines, & cæt. & Virgil. *Æclog.* 4.

Non me carminibus vincet, nec Tracius Orpheus,
Nec linus, huic mater quamuis, atque huic Pater adſit, & cæt.

Alij Muſas ipſas, ex quibus Muſica nomen ſumpſit, Muſicæ referunt inuentrices, vt Orpheus *in hymnis.* Alij Mercurium, Apollinem alij. Alij Zethum, & Amphionem fratres, qui Cadmi temporibus fuerunt, Euſebio *teſte lib.*10.*de præpar. Euang.* quod & Iſidor. *vbi ſupra,* ipſos in arte Muſica primos claruiſſe teſtatur. Alii etiam dicunt, quod Bardus Gallorum Rex, inuentor fuerit Muſices, vt Beroſus in eius vita. Ego autem dicerem, quod ipſe primus in Galliam introduxit.

Phylemones fuit inuentor Chori apud Delphum, anno ab orbe condito *3960.* ante bellum Troianum annis 70. & ante D. N. Ieſu Chriſti Natiuitatem ann.1239. vt refert Sanſouin. *in ſua Chronolog. & Faſcic.tempor.*

Ptolomæus,& Solinus relati per Caſſaneum *in Catalogo Glor. Mun.p.* 12. *conſ.* 59. *verſ. in mari verò* aſſerunt, huius Muſicæ ſtudium ex Creta Inſula manaſſe, ibique initium habuiſſe, cum Idæi, Dactyli modulos, crepitu, & tinnitu æris depræhenſos in verſificum ordinem tranſtuliſſent, vt habet etiam Polidor.Virg.*lib.*1.*cap.*14.*de rer. inuent.* Sed de hoc plura ſparſim in hoc tractatu; interim adeat, qui plura velit, Hiſtoricos, & vide infra Parte Secunda.

CAPVT QVARTVM.

Quid ſit Muſica.

QVia ex Cicer. *lib.*1.*de offic.* omnis inſtitutio cuiuſcumque rei à definitione proficiſci debet, vt quicquid illud ſit, de quo tractandum eſt, intelligi poſſit;ideo ad Muſicæ definitionem deuenio.

Vt autem omnis prorſus eliminetur æquiuocatio, recolenda eſt diſtinctio illa Muſicæ, quam tradidit Cicer.*lib.*1.*de Orat.* relatus à Polidor. Virgil. *lib.*1.*de rer.inuent.c.*14.*in fine,* vbi ait, Muſicam verſari in numeris, vocibus, & modis; Vnde (ſubdit) neceſſe eſt concludere, tria eſſe genera, ex quibus Muſica conſtat; vnum eſt, quod inſtrumentis agitur; alterum, quod carmina fingit; ex quo, vt Poëſis pars ſit Muſices, neceſſe eſt; tertium, quod inſtrumentorum opus, carmenque diiudicat. Hæc Polidor.

Ex quibus Colligo, Muſicos in triplici differentia conſtitui. Primi ſunt, qui vocis quidem modulatione, vel inſtrumentorum tractatione præ-

Digitized by Google

ne præcellunt: ſed rationem reddere non valent, quare potius hæc, vel illa vox; hic, vel ille tonus; illi, & non alij nerui conſonantiam reddant; nec aliud ſpeculantur, quam benè inſtrumenta tangere, ac vocem modulari. Alij ſunt, qui carmina fingunt naturali quodam inſtinctu, non artificio, aut ratione, qui potius Poëtæ nominantur: & hi non minus, ac primi; harmonycas carminum proportiones demonſtrare non poſſunt. Alij verò ſunt, qui nec vocem exerunt, nec inſtrumenta tangunt, nec carmina fingunt; de omnibus tamen iudicandi peritiam habent; vnde, vt inquit Aucth. *Marg. Philoſ. l. 5. tract. 1. de princip. muſ. ſpecul. c. 3. de orig. nom.* Muſicus dicitur, qui canendi ſcientiam, non ſeruitio operis, ſed imperio rationis aſſumit.

Hac ſuppoſita diſtinctione facilè erit dignoſcere ſequentes Muſicæ definitiones, ipſam afficere, ſecundum tertiam acceptionem, & cum definitio ſit oratio ſubſtantiam rei ſignificans, *iuxta Boet. & notat Gloſſ. in l. omnis definitio ff. de reg. iur.* clarum fiet, Muſicam ab Authoribus definiri, quatenus eſt peritia, & iudicium modulationis, non autem, vt modulatio.

Muſica igitur à D. Iſidor. Hiſpal. Epiſc. *l. 3. origin. c. 1.* definitur hoc pacto: *Eſt peritia modulationis, ſonu, cantuque conſiſtens.*

In idem ferè recidit definitio tradita à Boet. *l. 5. c. 1.* videl. *Muſica eſt facultas, differentias acutorum, & grauium ſonorum, ſenſu, ac ratione perpendens.* In qua definitione meritò apponitur illa dictio: *ratione*, quia ſenſus poteſt diuerſimodè falli, & impediri: Intellectus verò, cui iudicium tribuitur, non ita facile fallitur, & quamuis ſpecies, & phantaſmata à ſenſibus immiſſa, aliqualiter impediant, adhuc tamen concluſionem neceſſariam elicit, vt ex phyſicis liquet.

Definitur 3. à D. Aug. *lib. 1. de Muſ. c. 2.* hoc modo: *Muſica eſt ſcientia benè modulandi.* Declarans autem *c. 3.* quid ſit benè modulari, ait: Ipſa modulatio, niſi benè moueatur, eſſe non poteſt, & muſica eſt ſcientia benè mouendi.

CAPVT QVINTVM.

Qualis ſit Muſica: An Scientia: vel Ars.

NEmo ex viris mediocriter eruditis, eſt, qui Muſicam inter ſeptem ingenuas, & liberales artes connumeratam ignoret. Verum ad ipſius nobilitatem, vlterius progrediendum, exiſtimo, illamque ſcientiam demonſtrabo. Porrò, cum

Digitized by Google

ex dictis conſtet Muſicam eſſe peritiam quandam, quæ potius in intellectu, quam in ſenſu reſideat, videndum eſt ad quam ſpeciem notitiæ intellectualis pertineat huiuſcemodi peritia. Quia verò in qualibet facultate, ordo præſcriptus eſt, vt ab his, quæ generalia ſunt, ac in vniuerſnm tradita; ſucceſſiuè ad ſpecialia, atque ſingularia deſcendatur, vt *in l. 1. ff. de orig. iuris, l. 1. ff. ſi certum petatur; & §. his igitur Inſtit. de iuſt. & Iure*, quia ignoratis principijs, ignorantur omnia, quæ ſequuntur, vt ait Dyn. *in cap. Nullus pluribus de reg. iuris in* 6. & niſi generalioribus cognitis, ad ſpecialium cognitionem perueniri non poteſt; *Bart. in d. l. 1. ff. ſi certum petatur*; Ideo ab altiori principio rem exordiar.

Ponit Ariſtoteles 6. *Aethic. c. 3.* quinque ſpecies, ſeu potius genera notitiæ intellectualis, ſiue, vt communitet loquuntur quinque habitus intellectualis, ita dicti, quod intellectum quodammodo veſtiant, & decorent, nimirum, Intellectus, Sapientia, Prudentia, Ars, & Scientia; de quibus latè Philoſophi, ſed breuiter; intellectus, dicitur notitia primorum principiorum, quæ ſeipſis naturæ lumine ſunt notiſſima, vt omne totum eſt maius ſua parte, &c. Sapientia eſt notitia rerum altiſſimarum, puta de Deo, intelligentijs, &c. Prudentia eſt notitia rerum agibilium, circa regimen, & mores, non tranſeundo in opus externum. Ars eſt notitia rerum faciendarum ad extra, vt lignaria, fabrilis, &c. Scientia tandem eſt notitia certa, & euidens per diſcurſum de re infallibili; quæ etiam habet ſuos gradus, & aliquando eſt perfecta; quandoque verò imperfecta, & tunc dicitur potius opinio, quæ non eſt ita certa, ſed cum formidine partis oppoſitæ.

Cæterum poteſt ars largè ſumi, & generaliter, vt colligitur ex *Cicerone* pro collectione multorum præceptorum ad vnum finem tendentium, in quo ſenſu, etiam Scientia, & Prudentia ſunt artes, & ſub hac acceptione compræhenduntur ſeptem artes liberales. Si verò ſtricto iure, & ſpecialiter ſumatur ars, ſic eſt alius habitus diſtinctus à ſcientia, & ſeptem artes mechanicas compræhendit.

Omnes autem artes continentur his verſibus, quorum prior eſt pro liberalibus: poſterior pro mechanicis.

Lingua, Tropus, Ratio, Numerus, Tonus, Angulus, Aſtra.
Rus, Nemus, Arma, Ratis. Vulnera, Lana, Faber.

Et quidem *Lingua* ſignificat Grammaticam; *Tropus* Rethoricam. *Ratio* Dialecticam, *Numerus* Arithmeticam, *Tonus* Muſicam, *Angulus* Geometriam, *Aſtra*, Aſtrologiam. Quas enumerat Gloſſ. *in l. 1. §. 1. verſ. continebuntur ff. de varijs, & extraord. cognit, & Ioannes de Turre Cremata in cap. de quibuſdam in fin. 37. diſt.*

Quod

Quod attinet ad Mechanicas, *Rus* Agriculturam indicat, *Nemus* artem venandi, *Arma* artem militarem, *Ratis* Nauticam, *Vulnera* Chirurgiam, *Lana* Lanificium, *Faber* Artem quamlibet fabrilem, connumerando Theatricam, vt habet Marg. Philoſ. *lib.22. c.11.* & D. Anton. *in Summa p.1.tit.1.c.3.§.3.*

Ratio autem, cur Liberales, & Mechanicæ appellentur, multiplex eſſe poteſt. Dicuntur etenim liberales, quia liberos homines efficiunt (ſaltem efficere deberent) ab omni prauo, ac ſordido quæſtu, & ab omni illicita voluptate, ac turpitudine, & redigunt nos ad ſapientiam, qua nihil præſtantius eſſe poteſt, quaque Deo Opt. Max. coniuncti eſſe cernimur, vt ait Patrit. *lib.4.de inſtit. Reip. tit.6.* Vel dicuntur liberales, quia liberam mentem requirunt, liberoque corpore exercentur, ad differentiam ſeruilium, & mechanicarum, in quibus artifices fatigantur, vt aſſerit Turrecremata, *vbi ſup.* Vel quia, vt eidem placet, licitè, & abſque ſeruitute peccati addiſcuntur. Vel quia ordinantur ad opera per animam dumtaxàt exercenda, & quia anima libera eſt, reſpectu corporis, ideo dicuntur liberales. Mechanicæ verò dicuntur Seruiles, quia ordinantur ad opera exercenda per corpus, quod ſeruit animæ, quod per Ariſt. probat Petr. Hyſpal. *in log. tract. 1. & ſeqq.* vbi ſequentes verſus foro liberalibus artibus memoriæ retinendis inueniuntur.

Gra; loquitur; Dia; verò refert; Re; verba colorat.
Mus; canit; Ar; numerat; Geo; ponderat, As; colit Aſtra.

Vel tandem, vt ijdem Aucthores ſonant, & quod optimè conducit ad Muſicæ nobilitatem, dicuntur liberales, quia ad ipſas addiſcendas pueri liberorum, & nobilium dumtaxat admittebantur, neque iis ſtudere permiſſum erat hominibus, qui liberi non eſſent, ac nobiles. Et iure quidem meritò, namque ars Liberalis coincidit cum ſcientia, vt dictum eſt, iam verò ſcientia reddit homines nobiliſſimos, & liberos *iuxta tex. in l. prouidendum C.de poſtul.* Vnde ſtoici aſſerebant, omnes ſapientes, & doctos liberos eſſe, & Tullius in *Paradox.* inquit: Nullus vir doctus ſeruus, aut ignobilis eſſe poteſt, niſi fortè volutabro vitiorum fuerit infectus.

Mechanica autem ars dicitur ſcientia adulterina, ſiuè non liberalis, ſecundum Gloſſ. *in Auth. de non alienand. aut permut. rebus Eccleſiaſt. verb. Mechanicis. §. quod autem dictum coll. 2.* & ad Mechanicam artem concurrere videtur omnium rerum fabrica, quæ humanis neceſſitatibus, grata, commoda, & neceſſaria inuenitur, vt dicit Lucas de Penna *in l. 2.C.de excuſat. Artific.lib.10.*

Ex hucuſque dictis clarè colligitur, non pugnare, Muſicam eſſe

Artem

Artem liberalem adeo nobilem,& ſimul eſſe, ac poſſe dici ſcientiam perfectiſſimam, adeoque ſpeculatiuam.

Duriuſculum fortè quibuſdam videbitur, & audax intentum,ac vel ab ipſis logicæ Tyronibus propulſandum, ſed rationibus, & Auctoribus nixus, pleno ore decantandam pronuncio, Muſicam Scientiam.

Probo: quia ex Ariſt. *in lib.Poſt.præfert.*1.*& Coment.*3.*de Anima, & facit tex.in cap.qui occidit* 24.*q.*6. Illa dicitur perfecta ſcientia, quæ procedit modo ſcientifico, hoc eſt aſſignando cauſas eorum, quæ in illa tractantur, & adhibet tria genera principiorum, verorum, & æternorum in veritate, atque impoſſibilium aliter ſe habere, nempè definitiones, Axiomata, & Poſtulata,ex quibus perfecta ſcientia gignitur; ſed Muſica verè, & realiter procedit modo ſcientifico, & vtitur huiuſmodi Principiis, ergo eſt ſcientia.

Probatur Minor: Namque ex adnotatis per Cicer. relatum à Polidor. Virg. & Marg. Philoſòph. allatis Superiori *Cap.* 4. Muſicæ peritia habet iudicare de inſtrumentis, carminibus,& modulatione;hoc autem fit cum diſcurſu, & aſſignando cauſas per principia vera,æterna, & infallibilia, quæ vocant definitiones, Axiomata, & Poſtulata; qualia ſunt hæc. Verbi Gratia.

Interuallum harmonicum, eſt ſpatium intenſionis, & remiſſionis capax.

Interuallum multiplex duplum, ſiue Diapaſon, eſt ſpatium harmonicum maius, minus bis continens.

Interuallum multiplex triplum, eſt ſpatium harmonicum maius, minus ter continens. Et ſic de cæteris, que ſunt veræ, & eſſentiales definitiones impoſſibiles aliter ſe habere.

Item Axiomata, quæ ſunt propoſitiones per ſe, ac naturæ lumine notæ, vt verbi gratia.

Quidquid harmonicè metitur alterum, metitur, & menſuratum ab illo.

Compoſitum harmonicum in ea reſoluitur ſimplicia, ex quibus componitur.

Quicquid metitur detractum, & reſiduum; metitur, & totum.

Poſtulata ſunt hæc v. g.

Data æquali chorda, quæ ſpatij ad ſpatium proportio eſt, ea eſt, & ſoni ad ſonum.

Vt magnitudo ad magnitudinem in ſimili materia; ita ſonus ad ſonum.

Omne totum maius eſt ſua parte. Et ſimilia; ex quibus paſſim ab Auctoribus de Muſicæ Theorica ſcribentibus veriſſimi diſcurſus, & Syl-

Digitized by Google

Syllogiſmi formantur, ac certiſſimæ Concluſiones eliciuntur; de quibus P. Athan. Kirch. *tom. 1. Muſicæ artis magnæ conſoni, & diſſoni lib. 2. in princ.* Quare omninò concludendum venit, Muſicam verè, & propriè ſcientiam eſſe dicendam.

Accedit. quod Muſica eſt pars Mathematicæ, vt probat Caſſan. *in Catal. glor. mun. p. 10. conſid. 9. verſ. & aduertendum,* atqui Mathematica eſt ſcientia infallibilis, & certiſſima, ex Ariſtotele, D. Aug. & D. Thom. *Scoto, & alijs relatis à Michaele Pſellio in ſuo tract. de Math. Muſ. & Arith.* Ergo, & ipſa Muſica ſcientia eſt perfectiſſima.

Poteſt vlterius probari, Muſicam eſſe ſcientiam ex auctoritate Doctorum, qui illam ſcientiam appellarunt; vel nobilem, & illuſtrem diſciplinam, cuiuſmodi nequit ars cognominari, neque enim conuenit arti proprie dictæ nomen nobilitatis. Itaque *Pythagoras*, & *Plato* relati à Gafar. *lib. 2. ſuæ Theor. Muſ. c. 2.* Muſices diſciplinam Philoſophiam dixerunt, ſcientiamque eſſe numerorum ad ſonos proportionatorum, grauium, atque acutorum ſonorum differentias ſenſu, ac ratione perpendentem. Noto *τὸ ratione,* quod eſt proprium ſcientiæ. Item Ariſtoteles *in Polit.* ait, Muſicam inter diſciplinas illuſtres eſſe collocatam, quam vna cum litteris, & Gymnaſtica adoleſcentes priſcis temporibus diſcere conſueuerunt. Præterea Caſſan. *vbi ſup. conſid.* 5. ibi: qnod hodie malè obſeruatur, ſed hoc contingit, quia ignari ſunt illius ſcientiæ, ideo non eſt in honore, quemadmodum fuit, & eſſe deberet. Sed omnium locupletiſſimus Muſicæ fautor D. Aug. *lib. 1. de Muſ. c. 2.* illam apertiſſimè appellauit ſcientiam. dicens: Muſica eſt ſcientia benè modulandi. Et alij ferè innumerabiles Doctores hoc eam illuſtri nomine condecorarunt, quorum Authoritas magnam habet vim, magnamque facit probationem *per tex. in l. ad exhibend. C. ad exhibend. & l.* Iulianus *ff. de iudic. &* DD. *in l. antiqui per illum tex. ff. ſi par. hæred. pet. & l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom.*

Ad idem collimat iſte diſcurſus, quo tamen videtur euinci, quod Muſica ſit ſcientia practica, quatenus ordinatur ad regulandam praxim, hoc eſt operationem voluntatis circa mores, & honeſtatem, quod pariter cedit in Muſicæ laudem. Probatur autem ſic: Illa eſt ſcientia nobilior, cuius obiectum eſt nobilius ex Ariſt. 1. *de An.* quia omnis facultas ordine naturæ obiectum aliquod, circa quod primariò verſetur, præſupponit, vt latè per eundem Ariſtotelem; ſed obiectum Muſicæ ſaltem remotum, & vltimatum, eſt nobiliſſimum; ergo &c. Probo minorem: Obiectum proximum Muſicæ ſunt numeri, non quidem ſub illa ratione, qua accipiuntur ab Arithmetica, ſed ſub alia formalitate conſiderati, vt ſonori ſunt, & ſonorum proportio-

nes

Digitized by Google

nes dicunt, per quam formalitatem, tamquam per formale obiectum differt ab alijs ſcientijs. Tunc ſic: Obiectum hoc Muſicæ, nempè ſonorum, dirigitur ad animam, quæ eſt omnium rerum nobiliſſima, & cunctis rebus præferenda, *vt in l. ſancimus C. de Sacroſ. Eccl & cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* Patet autem aſſumptum per D. Thomam 2. 2. *q. 91. art. 2. in corp.* dicentem: Cantus ſalubriter fit in Eccleſia ad deuotionem excitandam, quæ animam reſpicit, & per Plutarch. *in lib. de Muſ. in princ.* Pium, ac præcipuum hoc hominum ſtudium laudes canere Deorum, qui ſolis ipſis articulatam vocem ſunt largiti, & *eod. lib. nu. 35.* ait: Re enim vera primum hoc Muſicæ pulcherrimum officium grata aduerſus Deos remuneratio; Proximum, animæ pura, & concinna, ſibiqne conueniens conſtitutio, & *in lib. de ſuperſtit.* ait: Muſica cocinnitatis opifex hominibus à Dijs data fuit, non luxus gratia, & pruritus aurium, ſed vt animæ circuitiones turbulentæ, & vagæ (caue lector Ethnicè dictum) in ordinem eius opera redigi poſſint. Itaque cum obiectum vltimatum Muſicæ ſit anima per ipſam ordinabilis, ac regulabilis, ex animæ præſtantia, ſuam ipſam dimetitur nobilitatem.

Atque hinc vlterius ita libet arguere. Illa ſcientia eſt nobilior, cuius finis eſt dignior, quia finis eſt cauſa cauſarum, vt ait Ariſt. & habetur *in l. eam, quam C. de fideicommiſſis*. Sed finis Muſicæ eſt eleuatio animæ ad Deum, vt nuper dixi cum D. Thoma, ſimiliter diuina laus ex Plutarcho. Nec non regulatio, ac moderatio paſſionum ipſius animæ, ac excitatio hæroici pectoris ad egregia facinora, ac etiam ſolamen in aduerſis, ac reuocatio ab illegitimis voluptatibus, & incitatio virtutum propoſita poſteris ex rebus geſtis illuſtrium virorum, vt paſſim liquet apud veteres, & teſtatur Theocritus in Cyclope illis verſibus.

Nulla magis flammas medicina repellit amoris
Non quæ potatur, quæ vnguntur vulnera, quam vis
Pieridum, lenis hæc, & dulcis quippe medela
Munere conceſſa eſt ſuperum mortalibus ægris.

Et Hom. *multis in locis, præſertim lib. 1.* Iliad.

Mulcentem cythara hunc mentem inuenere ſonora
Hac animum mulcens cantabat facta virorum.

Ergo finis Muſicæ digniſſimus, ipſam Muſicam optimè dignificat, & exornat.

Tandem virtus nobiliſſima dicitur Muſica, ex eo, quod eſt difficilis apprehenſionis. Patet per Ariſtot. *in 2. Moral. c. 13* dicentem: Circa id, quod difficilius eſt, ſemper ars, & virtus verſatur; ſed Muſica

ver-

Digitized by Google

verſatur circa rem valdè difficilem, qualis eſt retentio ſoni, qui non permanet, ſed eſt in continuo fluxu, & tranſit, ac præter fluit in præteritum tempus, vnde niſi ab homine memoriæ teneantur ſoni, pereunt certè, quia ſcribi non poſſunt, vt inquit Iſidor. *lib. 3. orig. c. 1. ergo & cæt.*

Atque hæc veluti Prologomena ad muſicæ præſtantiam dicta ſint. Nunc ad ſingulas eius nobilitatis partes accedamus.

Finis Primæ Partis.



Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS SECVNDA.

De Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ex eiuſdem Antiquitate.

CAPVT VNICVM.

Poteſt ex pluribus Capitibus, & rationibus colligi,quod Muſica ſit omnium liberalium artium, quaſi caput, ac magis digna, præter illa, quæ ſuperius prælibauimus. Antiquitas enim, vt tetigi ſup. *Par.1.c.3.* & referam infra, ex qua nobilitas reſultat, magnam illi tribuit dignitatem, & præſtantiam; quia quò antiquior res eſt, eò quoque maior, & nobilior, vt conſtat ex *text. in l.* 2. §. *quæ omnia, verſ. ſed & Anatholiam in illis verbis: Vir antiqua ſtirpe C. de vet.iure encul.* quem text.ad hoc ponderat Albericus ibi. *Item tex.in l.1.& 2.C.de iure aureorum anulorum, & l.2. in princ. ff. de cenſibus.* Et quod nobilitas attribuatur antiquitati probatur etiam

per

Digitized by Google

per notata *in l. ſtemmata, & ibi Gloſſ ff. de gradibus*, & notat Tiraquel. *de nobilit.p.1.c.19.n.5.& ſeqq. ex tex. in Cap.1.§.cæteri verò ibi: ab antiquis temporibus tit.quis dicat. Dux Com.March.& Rayn in tract. Nobilitat.in 3.q. princip.in princip.* dicit: Nobilitatem tantò maiorem eſſe,quantò plus ipſa inueteraſcit. Et Bald. *in l.filium C.de ſuis, & legit.* appoſitè notat ex eo, quod filius poteſt eſſe nobilior Patre. Et ſimiliter *in Inſtit.tit.de ingen.per tot.& tit.de libert.per totum*.

Sed quid antiquius Muſica? quæ originem habuit ante diluuium in principio Mundi, vt dixi ſup. loco cit. à Tubal filio Lamech, vt *in Sacra Gen.c.14.& 21.* vbi Pater canentium vocatur;& à *Ioſeph Hæbreo antiquit.Iudaic.lib.6.cap.2. & lib.4. cap. 4.* vocatur idem Tubal Muſicæ repertor.

Poſt diluuium verò, cum inter aquarum remurmurantium gurgites fuerit Muſica aliquantiſper ſubmerſa, interrupta, & quodammodo amiſſa, denuò rediuiua emerſit, ac ruinis ſupernatauit,alis Mercurij euecta, à quo fuit inuenta, vt refert Diod. *lib.1.antiquit.* Alij verò aſſerunt, Amphionem fuiſſe ipſius inuentorem, poſt diluuium. ita Plin. *lib.9.Hiſt.* qui Iouis filius fuiſſe dicitur, propter quod Virgil. *in Bucol.* ait:

Cantoque ſolitus, ſi quando armenta vocabat
Amphion Dircæus, & cæt.

Et Horat. *in art.poſt.* dicit, ipſum quoque mouiſſe ſaxa, ibi

Dictus, & Amphion Thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & cæt.

Cinyras Rex Cypri antiquiſſimus floruit in Muſica anno ab orbe condito 3485. qui fuit ante Mundi redemptionem ann. 1714. vt refert Sanſou, *in ſua Chronolog.* & Faſcic. tempor.

Beardus Colthorum Rex fuit excellens Muſicus anno poſt creationem Mundi 3292. ante verò Chriſti Domini Noſtri aduentum anno 1907. Idem Sanſou.

Ariſtodemus Philoſophus, & Muſicus floruit anno 4536. in quarta Mundi ætate, tempore, quo fuit ædificatum Bizantium *Idem ibidem.*

Senophilus Muſicus floruit anno 4798. ante humani generis redemptionem, qui propter eius excellentiam vixit opulentiſſimus, & magnis diuitijs affluens in Calcedonia. Sanſouinus, *& Faſcic. vbi ſupra.*

Ex quibus narratis conſtat, Muſicam eſſe antiquiſſimam, & proinde ex capite antiquitatis nobiliſſimam, *vt probaui.*

Deueniendum nihilominus eſt ad alias probationes , ex quibus Muſicæ præſtantia reſultat, plures namque ſunt; obſeruatio ſcilicet; vtilitas , quæ ex muſica prouenit ; neceſſitas , qua omnes artes cuiuſcumque generis afficiuntur habendi Muſicam ; Magni , & Illuſtres Viri , qui illam exercuere, & exercent; Auctoritas, Exempla, & effectus ex ipſa Muſica reſultantes, qui Plures , & quidem mirabiles ſunt. De quibus ſingillatim.

Finis Partis Secundæ.



CA

Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS TERTIA.

De Nobilitate, & Præſtantia Muſicæ, Ex Obſeruatione.

CAPVT PRIMVM.

Quod Muſica exercetur in Eccle-ſia Triumphante.

CVm exploratum omninò ſit, & à nemine reuocetur in dubium, in qualibet re à dignioribus eſſe incohandum, vt probatur *in tex.§.fin.Inſtit de Iur.nat.* quia digniora ſemper ſunt præferenda, *argumento l. cum ex aliqua ff. de acquir rer.dom. & l. quæritur ff. de ſtat. hom.* Omne namque, quod eſt magis dignum, & nobile præferri debet minus digno, & minus nobili, vt traditur *in tex.cap.quod in dubijs de Conſecr.Eccleſ.vel altar.* & facit *tex.cum gloſſ.in cap.Per tuas de Maiorit.& Obedient.& l.2.& fin.ff.de albo ſcrib. Felin.*

in Rub.

Deueniendum nihilominus eſt ad alias probationes, ex quibus Muſicæ præſtantia reſultat, plures namque ſunt; obſetuatio ſcilicet; vtilitas, quæ ex muſica prouenit; neceſſitas, qua omnes artes cuiuſcumque generis aſſiciuntur habendi Muſicam; Magni, & Illuſtres Viri, qui illam exercuere, & exercent; Auctoritas, Exempla, & effectus ex ipſa Muſica reſultantes, qui Plures, & quidem mirabiles ſunt. De quibus ſingillatim.

Finis Partis Secundæ.



Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS TERTIA.

De Nobilitate, & Præſtantia Muſicæ, Ex Obſeruatione.

CAPVT PRIMVM.

Quod Muſica exercetur in Eccleſia Triumphante.

CVm exploratum omninò ſit, & à nemine reuocetur in dubium, in qualibet re à dignioribus eſſe incohandum, vt probatur *in tex. §. fin. Inſtit de Iur. nat.* quia digniora ſemper ſunt præferenda, *argumento l. cum ex aliqua ff. de acquir rer. dom. & l. quæritur ff. de ſtat. hom.* Omne namque, quod eſt magis dignum, & nobile præferri debet minus digno, & minus nobili, vt traditur *in tex. cap. quod in dubijs de Conſecr. Eccleſ. vel altar.* & facit *tex. cum gloſſ. in cap. Per tuas de Maiorit. & Obedient. & l. 2. & fin. ff. de albo ſcrib. Felin. in Rub.*

Digitized by Google

in Rub. de Maioritate, & obedient. num. 8. & 16. & *Rot. penes Seraph. deciſ.* 1425.*n.*2.

Hac de cauſa, ne legentes puram, & nudam Muſicæ materiam, tædio afficiantur, operæ prætium eſſe duxi, nonnulla curioſa ſubnectere, quæ quodammodo animum ſubleuent; Prata enim verſicolore gramine intertexta, & diuerſo floſculorum genere variata, pulchrius intuentium oculis arrident; quæ licet primo aſpectu ad materiam propoſitam facere minimè videantur, ſecundum delicatum ſenſum, ſiue corruptum guſtum quorumdam, maximam tamen connexionem habere dignoſcentur, ſi res ſubtilius, ac maturius conſiderabitur, vt in Proemio proteſtatus fui.

Sed ad tollendam prorſus omnem occaſionem criticis detrahendi, qui ſemper nodum in ſcirpo quærunt, vt appareant hominibus ſapientes, cum vt plurimum contrarium in veritate ſit; ideo tractatiunculos quoſdam miſcellaneos tamquam operis interſecationes in calce eiuſdem ſubdidi, eorum, quæ adhuc in corpore operis inſerere potuiſſem; & hoc feci, ne liuore aliquo contaminati aſſerere valerent, me multa appoſuiſſe, quæ ad rem propoſitam non pertinerent. Pro ſolatio igitur, & ſatisfactione quorumdam amicorum curioſorum, qui aliquando diuerti cupiunt, in ſecundo libro quædam actuli per breues Concluſiones, & ſuccinctè, tamquam diuerſa, & omninò ab opere diſtincta, ſed tamen connexionem non paruam cum ipſo habentia, ſi paſſio particularis deponatur.

Dico interim, quod Paradiſus ipſe, Cæleſtis Patria Beatorum, ac ſedes ſummi, & omnipotentis Dei, qui locus eſt omnium imaginabilium voluptatum habens vltimum, & ſupremum fælicitatis gradum, atque æternam beatitudinem in viſione, & contemplatione Dei, quia ibi Beati vident Deum facie ad faciem *vt.* 1. *Corinth.* 2. & 13. & *Ioannes de Turrecrem. in cap. Eccleſia de conſecrat. diſt.*4. dici, inquam, debet, quod conſtet quadam harmonica conſonantia, propter pulcherrimum, & iucundiſſimum ordinem, in quo diſpoſiti ſunt tot innumerabiles angelici ſpiritus, qui in Cælo collocati ſunt, ante ſedem Dei illum contemplantes, vt inquit Diu. Th. *in* 1.*p ſum.q.*66. *ar.*3. Dicitur enim Daniel.7. *millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei, & Apocal.* 5. habetur: *Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium, & c.et. & Sanct. Doctor.* 1.*p.q.*50.*art.*3. inquit, tantam eſſe Angelorum multitudinem, vt omnium rerum materialium numerum excedat. Qui quidem ſicut miro ordine, harmonicè, & ſine diſſonantia confuſionis diſpoſiti ſunt in tribus Hierarchijs nouem

choros

Digitized by Google

choros continentibus, atque deſignantur per nouem lapides, vt notatur *in Can. principium. §. nouem de pœnit. diſt.* 2. ac tradit D. Dyoniſ. Areopagita *de Cæleſti Hierarch. c.* 6. *&* 15. & Diu. Greg. *homel.* 34. *in Euang. & latiùs infra in miſcellan. tractatiunc.* 1. *Secundi Libri* 1. Sic ſimiliter ſine diſſonantia Deum ipſum laudant, dicentes illud Diuinum triſagium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, & cæt.* & quamuis, vt Diu. Ambroſ. ait *in* 1. *Chorint. c.* 13. & communiter Sancti Patres tenent, loquela Angelorum ſit pura, & ſpiritualis; adhuc tamen, vt inquit Durand. *diſt.* 11. *q.* 2. aliquando ex Dei diſpoſitione Angelus ad Angelum loquitur voce ſenſibili, quod quidem probatur ex illo Diui Paul. Apoſt. 1. *Chorint.* 13. ibi: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, & Dauid Pſalm.* 148. *& Aquæ omnes, quæ ſuper Cælos ſunt, laudent nomen Domini* (vbi aquæ interpretantur Angeli) *& Pſalm.* 13. ibi: *Mutuò quærebant Angeli, quis eſt iſte, qui venit de Edon? & Ioann. in Apocalyps. c.* 9. *Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis habentem ſignum Dei viui, & clamauit quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens; nolite nocere terræ, & mari, &c. & Iob* 38. *Me laudabaut aſtra matutina; & Apocalypſ.* 5. *Cantant canticum nouum; & Apocalyps.* 4. *ſemper dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus; & Eſaiæ* 38. *Angeli pacis amarè flebant*: & tandem pro coronide, *Lucæ* 20. in Sacratiſſima nocte Natiuitatis Ieſu Chriſti Domini Saluatoris Noſtri Angelorum multitudo cantauit fœliciſſimum illud canticum: *Gloria in Excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c.* Et in *Can. hi duo de conſerat. diſt.* 1. habetur, quod Angeli cantauerunt *Alleluia, & Gloria in Excelſis*; qui hymni non canuntur ab Eccleſia à Septuageſima vſque ad Paſcha in memoriam peccati primi noſtri parentis Adam. Imò dicit D. Thom. 2. 2. *q.* 13. *art.* 4. *in corp.* quod in Paradiſo poſt reſurrectionem iudicij vniuerſalis Muſica adhuc vocalis erit; ſicut in inferno Blaſphemia in damnatis, etiam erit vocalis. Reliqua *vid. infr. libr.* 2. *in Miſcellaneo* 1.

CAPVT SECVNDVM.

Quod Muſica exercetur in Eccleſia Militante.

IN Eccleſia militante etiam exercetur Muſica, adhoc, vt illa mediante moueantur, & excitentur homines ad rerum diuinarum, & Myſteriorum Dei contemplationem, atque vt mentis oculis eleuentur ad Deum: quia non eſt aliud efficacius medium, ad perfectiorem illi cultum exhibendum, & populum ad maiorem

iorem deuotionem promouendum, quam Muſica. Et ideo tot glorioſi Sancti, & Pontifices Sancti multum inſuaderunt in introducendo illam in Eccleſiam Dei, vt D. Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, Leo, & alij. Imò hoc Sancto zelo ducti, non ſolum de Muſica optimè ſcripſere, ſed etiam concinnè, & valdè ordinate diſpoſuerunt, vt in Diuinis officijs, & Miſſis diuerſimodè caneretur, admouendos affectus, & animi paſſiones. Ideo mutantur toni Muſicæ, ſecundum tempora; nam alius cantus exercetur tempore feſtiuitatum ad oſtendendam lætitiam: & alius tempore quadrageſimali, Aduentus, Vigiliarum ad denotandum luctum, *vt experientia docet*, & ex Miſſali, & Rituali Romanis patet. Et hæc fuit mens Sacri Concilij Trid. *ſeſſ.22.c.5.de ſacrific.Miſſæ, & ead.ſeſſ.Decret.de obſeru. & euit.in celeb:Miſſ.* Probatur etiam ex Calendario Eccleſiaſtico, & feſtorum mobilium celebratione, quæ miro ordine, numero, & proportione diuiduntur, & diſponuntur, vt per numericam diſtributionem, in confuſionem non fiat lapſus.

Patet inſuper ex Dauid *Pſalm.* 99. *Iubilate Deo omnis Terra, ſeruite Domino in lætitia*, ad denotandum, Muſicam exercendam eſſe in diebus ferialibus modo particulari, & in Pſalm. 44. *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro*, quia verbum. *Iubilate*: ſecundum Grammaticos, eſt ruſtica, & incondita voce gaudium teſtari.

Diebus verò feſtiuis, in quibus Deus laudari debet ſolemniori forma, omne opus relinquendo, vtitur Eccleſia alio cantu, & ſono; & hoc innuere voluit idem Dauid *Pſalm.* 64. *Tè decet hymnus Deus in Syon, tibi reddetur votum in Ieruſalem*, & *Pſalm.* 149. *Cantate Domino Canticum nouum*, quia Grammatici verbum *Hymnus*, dicunt, quod ſignificat laudem, & canticum; & verbum: *Cantare*: ſignificat voce modulari.

Diebus autem ſolemnioribus vtitur Eccleſia ſono, & cantu cum inſtrumentis, & ideo idem Dauid nos inuitat ad maiorem lætitiam in *Pſalm.* 32. *Confitemini Domino in Cythara, in Pſalterio Deum chordarum Pſallite illi*. Verbum enim: *Pſallere* apud Grammaticos, aliud non importat, quam canere inſtrumento muſico. Quod etiam oſtendit *Pſalm.*80. quando dixit: *Sumite Pſalmum, & date tympanum, Pſalterium iucundum, cum cythara: Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*, & licet omnes fideles laudes Deo voce non canant, poſſunt tamen corde, & affectu cantare, & gratias Altiſſimo reddere, vt ait Apoſt. Paul, *ad Epheſ.c.5. loquimini vobis metipſis in Pſalmis, & Hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes, & Pſallentes in cordibus veſtris, Deo gratias agentes ſemper pro vobis in nomine Domini*.

Vt autem introduceret in Cathedralibus hunc cultum ſacrum

Con-

Digitized by Google

*Concil.Trident.ſeſſ.*23. *c.*18. præcepit erectionem Seminarij, vt ibi doceantur pueri in grammatica pariter, & in Muſica; ibi: *Grammatices, Cantus, Computique Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcant*. Reliqua ad rem præſentis capitis ſpectantia, habentur infra *in cap.* 1.*p.*5. *vbi de neceſſit.Muſ.verſ.Clericis.*

CAPVT TERTIVM.

Quod omnia ſunt Muſicè compoſita, & creata.

TAntæ, ac talis nobilitatis, ac præſtantiæ Muſica eſt, vt omnia ſint per ipſam, vel cum ipſa compoſita, tàm ſuperiora, quam inferiora, nihil enim ſine ipſa inuenitur, vt inquit *Boet.lib.*1.*de Muſica c.*2.Hac ratione ducti antiqui Philoſophi, & præcipuè Pythogorici, dixere, Muſicam eſſe rem ſacram, quia obſeruabant hanc mundi compoſitionem harmonicam eſſe; Cælorumque gyrum eſſe etiam harmoniæ cauſam; Quod & Plato Magnus ille Philoſophus *cap.*100. dixit, orbem fuiſſe à Deo Muſicè compoſitum, & ideo illum appellauit Muſicam. Natura namque ipſa in omnibus mundanis rebus harmonicè compoſitis, creatis, & diſpoſitis, perfectiſſimam patefacit Muſicam. Sympathia enim,quæ cernitur, & obſeruatur quotidie inter animalia, ſiue rationabilia,ſiue irrationabilia; vel in plantis, aut in arboribus, nihil aliud eſt, quam quædam interna, & occulta Muſica, & concors harmonia humorum, vel ſtellarum influentium, & elementorum participatio, quæ naſcitur ex proportione quadam ponderum humorum ad inuicem harmonicè diſtributorum, vbi quædam occulta vis latet, ex qua ſenſibilis concordia, & perceptibilis harmonia experitur; vti videtur in Palmis, quæ niſi ſint mas, & fæmina, vt plurimum pereunt, vel fructus non producunt; tam ſi mas, ſine fæmina; quam ſi fæmina ſir, ſine mari, & ſic de cæteris arboribus, & plantis, vt experientia patet.

In electionibus rerum, quæ ab hominibus fiunt nonne Muſica proportio inuenitur? Quando enim quis amat plus illum, quam illum amicum; plus illam, quam illam rem; plus illud, quam illud obiectum, tali tempore determinato, pluſquam alio nonne hoc ex interna, & occulta Muſica prouenit, quæ *ſympathia* communiter dicitur? affirmatiuè vtique reſpondere neceſſe eſt.

Totum illud, quod ſenſibus obijcitur,ſiue quod videtur,ſiue quod au-

Digitized by Google

auditur, tangitur, odoratur, vel guſtatur, non ne quædam occulta muſica eſt? Videtur enim quotidie, quod quidam plus amant dulcia, quam amara; Alij verò plus amara, quam dulcia; quibuſdam plus placet color viridis, quam rubeus: Quibuſdam verò plus rubeus, quam viridis, & ſic de alijs coloribus, alij odoriferum quid cupiunt: Alij verò abhorrent: Quidam in tactu alicuius rei delectationem ſentiunt, & multoties aliqui moleſtè ferunt; & ſic de ſingulis, quod vni placet, alteri diſplicet; quod vnus vult, alter reijcit; quod vnus procurat, alter negligit, & cæt. Certè hi effectus neceſſe eſt concludere, quod proueniant ex quadam occulta naturæ vi, & efficacia; ex naturali *Sympathia, vel Anthipatia*, quæ quidem ex concordi, vel diſcordi harmonia humornm, ſcilicet malinconiæ, coleræ, ſanguinis, & cæt. quos natura occulto quodam harmonico modo ſenſibus indidit, vel ex elementorum proportione, quæ in ipſis diffunditur, ſine dubio naſcitur; quæ conſonum, vel diſſonum faciunt in amore, vel diſplicentia. Hac etiam ratione quis appetit plus frigida, quam calida. Alter benè valet plus hyeme, quam æſtate; Alteri plus placet ver, quam Autumnus. Alius plus vno, quam alio genere veſtium vtitur; plus quis illius, quam alterius conuerſatione delectatur; plus alter illam, quam aliam dignitatem ambit; plus tandem alius illum, quam alium viuendi ſtatum eligit. Vnde ex hac occulta Muſica naturæ varietas, tam delectabilis oritur.

Animalia ſunt naturaliter muſicè compoſita, vnde apud Hæbreos in prouerbium abijt, quod ſcilicet *Animal, dum viuit vnam vocem, mortuum plures, & diuerſas voces habet*; quia ex cornibus fiunt inſtrumenta Muſica diuerſi generis, vt corna muſæ, Buccinæ, cornua venatorum, & Paſtorum, & ſimilia. Tibia, & Crura volucrum deſeruiunt pro fiſtulis, tibijs, & ſimilibus; inteſtina in chordas conuertuntur diuerſorum inſtrumentorum, vt lyrarum, & ſimilium; Pellis deſeruit pro tympanis componendis, & cæt.

Mineralia quoque elementis participantia Muſicam in ſe ipſis continent, ipſa enim qualitates illis communicat. Sic & gemmæ, & ſaxa, & ſimilia; *de quibus in Miſcellan*. 5.

In omnibus rebus, & in omni ſtatu, niſi conſeruetur harmonia, & concors Muſica, quæ ex occulta naturæ vi oritur, certè pereunt omnes. Experientia probat, quod Regna, Prouinciæ, Ciuitates, loca, Familiæ, Exercitus, Societates, Religiones, niſi concordi harmonia vniantur, ſubſiſtere minimè poſſunt; Reſpublicæ etiam, ſiuè forma Democratica, quæ popularis eſt; ſiuè Ariſtocratica, quæ optimatum; ſiuè Monarchia, quæ Regum; ſiuè mixta, niſi harmonicè, &

ſuaui

ſuaui concordia gubernentur, abſque diſſonantia diſcordiæ, diſſipabuntur certè, atque breui deſolabuntur.

Hinc eſt, quod ex concordi harmonia humorum in homine naſcitur ſanitas corporalis, quæ prouenit ex mixto humorum non diſcrepantium; ex diſſona verò confuſione eorundem, naſcitur infirmitas, & ſi ad harmonicam concordantiam, & concordem conſonantiam, non redierint humores, ſequitur reſolutio compoſiti, ſcilicet mors; quæ certè non ſuccederet, ſi medici Muſicam ſcirent, ideſt numeros, pondera, & menſuras humorum cognoſcerent, quia tunc harmonicè, & proportionatè mederentur, contraria contrarijs applicando, & venenum veneno expellendo, & ſcirent applicare actiua paſſiuis, ac diſcurrere ſuper virtutibus, quæ inter remedia, & mala ſunt, ex Muſicæ concordi ſympathia prouenientibus.

Vnde infero, quod homines, qui iam ex imperitia medicorum Muſicam ignorantium, corpore moriuntur, caueant, ne etiam anima moriantur in perpetuum; faciant igitur optimam melodiam, ideſt bona opera in hac præſenti vita, quæ ſint harmonicè conſona cum obſeruantia diuinorum præceptorum, ex qua perpetua conſonantia, & harmonica fælicitas æterna oritur; & cæleſtis muſicæ ſuauitas, harmonicæ tranquillitatis dulcedo, & ſuauiſſimæ voluptatis fruitio, ſine fine duratura conſequetur.

CAPVT QVARTVM.

Quod Cæli ſe mouentes harmoniam faciunt.

PHiloſophi, & Aſtrorum indagatores omnes communiter affirmant, Cælos ſe ſe reuoluentes magnam facere harmoniam, quæ à nobis non auditur, vel propter nimiam diſtantiam, & longitudinem, vel propter velocem curſum, ſiue ob aliam rationem nobis occultam, vt probant *Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, Cicero, Cælius, Rodiginus, Plinius, Macrobius, & alij in locis paulò poſt citandis*. Producunt autem Cæli harmoniam quandam tacitam in vniuerſo, quia grauia tendunt deorſum ad infima; & ex hoc in Muſica fuit introducta conſonantia grauis, quæ dicitur *Baſſus*; leuia tendunt ſurſum ad ſublimia, & ſic dicitur *Cantus*; Alia minoris ponderis medium tenent locum, vnde dicitur: *Tenor, & altus*. Ex quo colligitur, quod ex ingenti Cælorum magnitudine, cæleſtiumque motuum

Digitized by Google

tuum æquabilitate, & proportione, mirè elucet ſummi Dei vis, & ſapientia, iuxta illud *Pſalm.* 18. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum,* quod & probant *Pſellius lib.* 1 *c.*1. *de Mathem. Muſic. & Arithm. Boet. lib.* 1. *c.* 2. *de Muſ.* Hinc eſt, quod *Caſſaneus in cat. gl. Mun. p.* 10. *conſ.* 51. *ex Macrob. Somn. ſcip. lib.* 2. *c.* 3. ait, cæleſte menſurari Muſicæ originem, ipſiuſque ratione mundum eſſe compoſitum; ſubdens ideo Poetas dixiſſe nouem eſſe Muſas, propter octo Sphærarum cæleſtium Muſicos concentus, & vnam maximam concinentiam, quæ conſtat ex omnibus, quam harmoniam nominauerunt; Cælumqne ipſum canere aſſeruiſſe. Suauiſſimus igitur eſt concentus Cælorum, ita vt non poſſit cum qualibet perfectiſſima harmonia huius mundi comparari, & iſta ſententia eſt omnium Platonicorum, Pythagoricorum, & aliorum, vt ait *Boet. in Procem. Aritm. & Cic, in lib. de Natura Deor.* inquit: *Cælorum tantus eſt concentus ex diſſimilibus motibus, vt cum ſumma Saturnus refrigeret, his interiecta Iouis ſtella illuſtret, & temperet, & idem Cicero in Somn. Scipion.* inquit: *Quis eſt, qui complet aures meas tantus, & tam dulcis ſonus? Hic eſt ille, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu, & motu ipſorum Orbium efficitur, & acuta cum grauibus temperans, varios æqualiter concentus efficit. Nec enim ſilentio tanti motus incitari poſſunt: & natura fert, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè ſonent. Quam ob cauſam, ſummus ille Cæli ſtellifer curſus, cuius conuerſio, & concitatior, acuto excitat, & mouetur ſonu; grauiſſimo autem hic lunaris, atque infimus. Nam terra noſtra, immobilis manens, ima ſede ſemper hæret, complexa Mundi medium locum. Illi octo rurſus, in quibus eadem vis eſt duorum, ſeptem efficiunt diſtinctis interuallis ſonos; qui numerus rerum omnium ferè nodus eſt, quod docti homines neruis imitati, atque cantibus, aperuerunt ſibi redditum in hunc locum.*

Ad quam ſententiam, tranſiens *Macrobius in Somn. Scipionis lib.* 2. *c.* 1. adducit, & exponit etiam Pythagoram, & Platonem ſimiliter per hæc verba; *Ex ipſo enim circumducto Orbium, ſonum naſci neceſsè eſt: quia percuſſus aer, ipſo interuentu ictus, vim de ſe fragoris emittit, ipſa cogente natura, vt in ſonum deſinat duorum corporum violenta colliſio. Sed is ſonus, qui ex qualicunque aeris ictu naſcitur, aut dulce quiddam in aures, & Muſicum defert: aut ineptum, & aſperum ſonat; nam ſi ictum obſeruatio numerorum certa moderetur, compoſitum, ſibique conſentiens, modulamen efficitur. At cum increpat tumultuaria, & nullis modis gubernata colliſio: fragor turbidus, & inconditus offendit auditum. In Cælo autem conſtat nihil fortuitum, nihil tumultuarium prouenire: ſed vniuerſa illic Diuinis legibus, ſtata, & rata ratione procedere.* Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectum eſt, Muſicos ſonos de ſphærarum Cæleſtium conuerſione procedere: quia, & ſonum

Digitized by Google

num ex motu fieri neceſsè eſt; & ratio, quæ diuinis ineſt,ſit ſono cauſa modulaminis.

Non auditur tamen à nobis ſonus ille dicit Idem *Macrob.ibid. c.4.in fin.* quia maior ſonus eſt,quam vt humanarum aurium recipiatur anguſtiis, afferens exemplum Nili fluminis, cuius fragorem, propter amplitudinem Incolæ regionis non audiunt.

Plinius quoque hoc idem fatetur *lib.2.c.3.* ita: *An dulci quidem, & incredibili ſuauitate concentus nobis, qui intus agimus, & cæt.* & idem dicit Cælius Rhodig.*lib.5.c.25.*illis verbis: *Quo pacto fiat, vt tantorum orbium rotata vertigine, tacito, ſilentique feratur ambitu, etiam ſi nobis minus audientibus miranda ſonorum tranſeat iucunditas?* Idem etiam innuere voluit Philo Hæbræus *lib.de Somn.* illis elegantiſſimis verbis: *Cælum perpetuo concentu ſuorum motuum, reddit harmoniam ſuauiſſimam,quæ ſi poſſet ad noſtras aures peruenire, in nobis excitaret impotentem amorem,& inſanum deſiderium, quo ſtimulati rerum ad victum neceſſariarum obliuiſceremur, et cæt.* Quod & S. Iob *cap.38.* oſtendere voluit, quando dixit: *Quis enarrabit Cælorum voces, et concentum Cæli quis dormire faciet?* Et Diu. Iſidor. *lib. 3. Ethim. c.*16. ita loquitur: *Ipſe Mundus quadam harmonia ſonorum fertur eſſe diſpoſitus, et Cælum ipſum ſub harmoniæ modulatione reuolui.* Et Diu. Anſelm. *lib.*1. *de imagine mundi ſic* ait: *Septem Cælorum Orbes cum dulciſſima harmonia voluuntur, ac ſuauiſſimi concentus eorum circuitione efficiuntur. qui ſonus ideo ad aures noſtras non peruenit,quia vltra aerem fit,& eius magnitudo noſtrum anguſtum auditum excedit.*

Hinc fit, quod ſequi, & admittere quodammodo cogar opinionem Ariſtotelis, & omnium Peripatheticorum, præſertim antiquorum qui aſſerunt, quod Cæli ſunt ſolidi, non fluidi, quam ſequitur Bartholomæus Maſtrius *in lib.de Cælo, & Metheoris diſp.2.q 1. art.2.nu. 36. in reſponſ.* De firmamento in eorum ſententia conſtat, quia in eo ſunt ſtellæ fixæ, retinentes ſemper ad inuicem eamdem diſtantiam. De Cælo planetario quoque patet, quod ſit ſolidum, tam quàm æs, aut Chriſtallum cum omnes Planetæ in eo infixi ſint, ſicut nodi in tabula orbibus ſolidis, qui circumuoluntur, quia motus planetarum debent eſſe ordinatiſſimi, ſed ſi Planetæ libero Cælo fluerent, tamquam Piſces in aqua, vel aues in aere, motus ipſorum Planetarum non poſſet eſſe ordinatiſſimus. Confirmatur, quia Antiqui Aſtronomi poſuerunt varios Orbes ex centricos, epiciclos, &c. ad ſaluandam regularitatem motuum cæleſtium. Alias rationes, & differentias, atque diſtinctiones vide apud Syluest. Mau. *in qq. Philoſoph.lib.3. de Cælo, & Mundo q.5.* An autem Cælum ſit elementum,vel compoſitum ex elementis, aut quinta quædam ſubſtantia, vide Ariſt. *in 1. de*

Cælo

Cælo à tex. 5. *vſque ad* 19. vbi concludit eſſe quintam ſubſtantiam diuerſam à quatuor elementis, & *eod.lib.tex.*20. *& ſeqq. tenet,* quod Cælum ſit incorruptibile, quod impugnant multi SS. Patres ex pluribus Scripturæ locis, præſertim *Pſalm.* 102. *Opera manuum tuarum ſunt Cæli, Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes, ſicut veſtimentum veteraſcent, &* 2. *Petri* 3. *Cæli magne impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur.* Inſuper, an Cælum conſtet ex materia, & forma, Vide S. Thom. 1.*p.q.*63. *art.*3. vbi affirmatiuè concludit, vbi etiam habetur, Cælum conſtare ex materia diuerſæ rationis à ſublunari, & elementari, quod probatur ex Ariſtot. *tex.*23.*Metaph.*10. vbi de corruptibili, & incorruptibili, vide eundem Maſtrium, *vbi ſup.q.*2.*art.*1.2.*& ſeqq.*

At verò, quia incidit ſermo de Cælis; propter dulciſſimam harmoniam, quam ſe ſe mouentes faciunt, vt probaui, quia Deus creauit omnia in pondere, numero, & menſura, vt *Sapientiæ cap.* 9. ideo non abs re, aliqua de ipſis prælibare duxi, pro curioſorum ſatisfactione, maximè eorum, qui plenam Aſtronomiæ cognitionem non habent, ſed ne Criticis anſam præberem ſiniſtrum formandi conceptum, in calce operis appoſui, ibi vide, vbi de Cælis inſcribitur tractatio ſecunda; omnes autem orbes Cælorum ſuis motibus ſingularibus Symphonias, ac melodias cauſare dulciſſimas quamplures Philoſophi concludunt, vt refert Boet. *in proem. Arithmet.* tam ex Pythagoricorum, quam Platonicorum ſcholis; & Cic. *in lib.de Nat.Deor.* atque alii, quos ſupra retuli; licet Diu. Ambroſius *in Hexamer. lib* 2.*cap.*2 *&* Ariſtot. *in lib. de Cæl. & Mund.* videantur aliquo modo diſſentire, ſed hoc procedit, quia non auditur ſuauiſſimus ille ſonus, vel quia extra noſtrum aerem ſit, vel alia ratione, vt dixi.

Non ſolum autem multi DD. concentum, & harmoniam Cælorum veram, & realem eſſe ex motibus orbium profitentur, & aſſerunt: verum etiam maximam Muſicæ vim, ex ipſorum proportionibus certiſſimam concludunt. Dicunt enim, quod

Inter Firmamentum, & Saturnum tria Semitonia obſeruantur.
Inter Saturnum, & Iouem Semitonium.
Inter Iouem, & Martem Semitonium.
Inter Martem, & Solem Tonus.
Inter Solem, & Venerem tria Semitonia.
Inter Venerem, & Mercurium Semitonium.
Inter Mercurium, & Lunam Semitonium.

A Luna verò ad Orbem Terræ tonus intercedit. Et ſic à terra ad firmamentum, ſeptem tonos eſſe concludunt, qui eſt vniuerſitatis numerus, vt inquit Margar. *Philoſophi. vbi ſup c.*34.*propè finem.*

Figu-

Digitized by Google

Figurantur autem Cæli hoc modo Sphærico.



Quod autem Cæli magnam faciant harmoniam, vltra Pythagoram Platonem, & Ptolomæum, Eratoſtenem, & alios ſupra relatos, voluit etiam Ariſt. *in* 5. *Phiſ.* Hinc communiter ab omnibus Philoſophis aſſeritur, omnem motum ſub Cælo, ſiuè breuem, ſiuè longum, aut alterius qualitatis, menſurari ab vniuerſali menſura, tamquam effectum particularem, & iſtæ menſuræ vniuerſales reducuntur ad ſeptem modos diuerſos, ſecundum motus diuerſos ſeptem principalium Planetarum, qui in Cælis ſunt; nec motus aliquis à nobis cauſatur, qui ſub menſura alterutrius illorum cadat.

Planetas verò principales ſeptem in Cælis eſſe; Lunam ſcilicet, Mercurium, Venerem, Solem, Martem, Iouem, & Saturnum probat (præter alios) Diu. Ioan. Damaſc. *lib.* 1. *c.* 6. Iſti Planetæ vocantur etiam erratiles, quia ex aduerſo Cæli ſuum motum peragunt; nam Cœlum, & reliquæ ſtellæ ab Oriente in Occidentem mouentur; at ipſi ſoli ab occaſu in Orientem, motum habent, vt certum habetur ex Luna, quæ parumper ſingulo quoque veſperi ad Orientem remeat,

Digitized by Google

meat, vt idem Damaſc. inquit. Ex quibus contrarijs motibus benè, & ordinatè diſpoſitis, neceſsè eſt, concordem harmoniam oriri ex muſicis numeris reſultantem.

Et quod in Cælis diuerſimodè poſſit conſiderari Muſica, & harmonia, vltra ſupra relata, eſt aduertendum, quòd aſſerit *Plinius*, *Cenſorin. et alij*, dicunt enim, diſtantiæ harmoniam conſtare Muſica menſura *Diapaſonica* tonorum ſex, & interuallorum ſeptem. Menſurant autem, diuerſimodè numerando, ſed eodem modo in ſubſtantia; conſtituunt enim ambitum terræ eſſe ſtadiorum ducentorum quinquaginta duorum millium, ſecundum Erathoſthenem relatum à Marg. Philoſoph.*lib.7.tract.1.de princ.aſtronom.c.43.& 36.propè fin.* dicunt poſtea, quod

A ſuperficie terræ ad corpus Lunæ eſt Muſica proportio *ſeſquioctaua*, cum ſit diſtantia centum viginti ſex millium ſtadiorum, quæ faciunt interuallum vnius toni. Quod etiam conijcitur ex eo, quod ponitur *in Marg. vbi ſup.capit.34.et 36.* & alibi ſparſim.

A Luna ad ſtellam Mercurij, medietas ſupradictæ diſtantiæ conſtituitur, idest ſexaginta trium millium ſtadiorum, quæ interuallum *ſemitoni* faciunt, qui *ſexquipla* proportio appellatur.

A Mercurio ad Planetam, ſeu ſtellam Veneris eſt tantundem, ſcilicet ſemitonium; quod ſexquiplum.

A Venere ad ſolem intercedit triplum ſupradictæ diſtantiæ: ſtadiorum ſcilicet centum octuaginta nouem millium, quæ tonum cum dimidio faciunt, qui in Muſica dicitur *Diapente*, & à Luna duplum cum dimidio, quod dicitur *Diateſſeron.*

A ſole ad Martem eſt eadem diſtantia, quanta intercedit à terra ad Lunam, quæ tonum conſtituit, qui in Muſica dicitur proportio *ſeſquioctaua*.

A Marte ad Iouem eſt medietas ſupradictæ diſtantiæ, quæ ſemitonum perficit, qui *ſexquipla* proportio eſt.

A Ioue ad Saturnum eſt eadem, & ideo *ſemitonus* etiam conſtituitur.

A Saturno tandem ad Summum Cælum ſtellatum, formatur *ſexquiplum*, ſeu alius ſemitonus. Et ſic ab ipſo Cælo ſtellato ad ſolem perficitur *Diateſſeron* duorum tonorum cum dimidio. Et ab eodem Cælo ad ſummitatem terræ intercedit diſtantia ſex tonorum, ex quibus reſultat *diapaſon.*

Proportio Muſica Cælorum adeſt inſuper alio modo, nam ineſt illa pars Cæli, quæ dicitur *ſextilis*, quia ſextam partem continet; quæ conſtat ſexaginta gradibus, qui ſexquialteram proportionem faciunt.

Ineſt

Ineſt trinum; quod centum viginti gradibus conſtat. Quadratum nonaginta; & oppoſitum, quod in ſe centum octuaginta gradus comprehendit; & omnes iſtæ diſtantiæ faciunt pariter *duplam*, ſeu *ſexquialteram* proportionem.

Diſtantias ſupradictas Planetarum, ponam alio modo pro pleniori curioſorum intelligentia, prout explicant Diu. Ioan. Damaſc. *vbi ſupra, Marg. Philoſ. ibidem, & Plin. lib. 2. c. 16.* & ſic:

A ſuperficie terræ ad ſuperficiem concauam orbis Lunæ, eſt diſtantia milliariorum 107412.

A terra verò ad ſuperficiem conuexam orbis Lunæ, & concauum Mercurij, eſt milliariorum 2081250.

Ad conuexam Mercurij, & concauam Veneris 542750.

Ad conuexam Veneris, & concauam ſolis 3640000.

Ad conuexam ſolis, & concauam Martis 3965000.

Ad conuexam Martis, & concauam Iouis 28845000.

Ad conuexam Iouis, & concauam Saturni 46818250.

Ad conuexam Saturni, & concauam firmamenti 65357500. & eſt quantitas dimidii diametri; ſingulorum diameter tota eſt 130715000. Circumferentia eſt 410818571. Continet autem cubitos 3000.

Sol continet terram centies ſexagies ſexies, & tres eius octauas. Terra continet Lunam trigeſies nonies, & inſuper ferè quartam eius. Sol autem maior eſt Luna ſexies millies ſexcenties quadragies ter, & inſuper eius continet medietatem, vt videre eſt *in quinto Almageſti Ptolomæi*. An tamen hæc vera ſint, ſcholis examinandum relinquo, hic tantum pro curioſis, quæ ab alijs poſita magis communia, retuliſſe ſufficiat. Ex quibus diſtantijs, & ex contrarijs motibus Planetarum, maxima, & mirabilis naſcitur, vt dixi, harmonia.

Ex ſupra memoratis ſeptem Planetis Primi Academici Platonici ſtatuerunt ſeptem modos canendi, qui *toni* appellati ſunt. Dixerunt enim, quod homo mouetur, aut tardè, aut velociter, vel placidè, vel cum ira; Vnde neceſsè eſt, vt motus menſuretur à menſura generali in vno ex ſupradictis Planetis, ſecundum Ariſtot. *in 5. Phiſic.* Qui toni denominationem ſumpſerunt ex Planetis, ſecundum gradus ſupranotatos. Peripatetici poſtea, ne cum Platonicis conformarentur, diuiſerunt Planetas in quatuor Superiores, & tres inferiores, ſcilicet Lunam, Mercurium, & Venerem; primum autem locum tribuerunt Soli, tamquam digniori Planetæ, inter cæteros; & ſic denominauerunt primum tonum à Sole; deinde ſecundum tonum ex primo Planeta inferiori, qui eſt Luna, ſecundum illos; Tertium ex primo ſuperiori, qui eſt Mars; poſtea reaſſumpſerunt ſecundum Planetam

Digitized by Google

inferiorem, qui eſt Mercurius, & appellarunt quartum tonum; deinde ſumpſerunt, tertium Planetam ſuperiorem, qui eſt Iuppiter, & fecerunt quintum tonum; ſumendo tertium Planetam inferiorem Venerem dictum, ſextum tonum dixerunt: quartum verò Planetam ſuperiorem, nempè Saturnum in ſeptimo loco conſtituerunt, & ſic ſeptimum tonum appellari voluerunt; quia Peripatetici in omnibus aduerſabantur Platonicis. Hæc autem mutatio, ſine ratione non fuit, quia ex qualitatibus Planetarum canebatur, vel altè, vel ſubmiſsè; ſed voces offendebant aures, *vt ait* Cicero: Acuta exclamatio fauces vulnerat, & inhumanum genus. Quare ad meliorem harmoniam componendam, vnionem fecerunt ex promiſcuis Planetis ſuperioribus, & inferioribus, ne humidum vnius abſorberet ſiccum alterius, nec ſiccum, frigidum, & ſic de ſingulis; ſed vnum coadiuuaret alterum; vt autem ſiccitas vocum Planetæ ſuperioris, mitis redderetur humiditate Planetæ inferioris, voce ſubmiſſa vnierunt ſolem cum Luna in primo, & ſecundo tono, Martem cum Mercurio in 3. & 4. Iouem & Venerem in 5. & 6. Septimum verò reliquerunt ſine ſocietate; ſed Ptolomæus Rex Ægypti ordinauit octauũ tonum, & ipſum collocauit Cœlo ſtellato, qui tonus eſt menſura quietis, & motus, vniuitque cum Superiori Saturno. Omnes iſti toni antiquitus reducebantur ad quatuor, qui dicebantur, Primus *Protus*, ſecundus *Deuterus*, tertius *Tritus*, quartus *Tetrardus*; qui ex Græco ſignificabant primum, ſecundum, tertium, quartum, qui alio modo vocati fuere à Peripateticis, ne conformarentur cum aliis; ſcilicet *Dorius* erat primus, ſecundum qualitatem Planetæ ſolis; iſte erat firmus, lætus, potens ad frenandas animi paſſiones interiores, inclinabat ad puritatem, conſeruabat caſtitatem, expellebat ſomnum, & pigritiam, quia eſt fortis tonus, ſicut ſol, qui dominatur quatuor temperamentis hominis ex pituita.

Secundus Tonus dicebatur *Hypodorius*, quia eſt placidus mitigans pituitam motam, contrarius enim eſt primo, & ideo diuerſos ab illo producit effectus, vt dicam infra, cum de effectibus Muſicæ loquar. Pythagorici ex laboribus laxi cum iſto conciliabant ſomnum; prouocabant ad lacrymas; quia imitatur Lunam in loco ſubmiſſo poſitam, ideo delectatur miſeros, triſtes, pigros, & ſimiles.

Tertius dictus fuit *Phrygius* ſub Marte, qui dominatur Bili. Iſte tonus eſt furioſus, crudelis, ſeuerus cum iſto dicebant Antiqui irritatum fuiſſe Minotaurum, & cum ſecundo placatum, accendit animum ad iram. Vnde iſte placet hominibus ſuperbis, crudelibus, vanaglorioſis, & ſimilibus.

Quar-

Quartus tonus dictus fuit *Hypophrigius* ſub Mercurio collocatus. Iſte ſedat Bilem, & reddit ſenſus, ſecundum inclinationem, quia ſicut Mercurius cum ſuis alis inclinat ad vitia, & virtutes cum ſit bonus cum bonis, & peſſimus cum malis, nam facillime conuertitur ad naturam Planetæ viciniorꝭ: ſic iſte tonus placet adulatoribus, murmuratoribus, & loquacibus, qui bonos, & malos iniurijs afficiunt, & ſimilibus.

Quintus Tonus dictus fuit *Lydius* ſub ſole, qui dominatur ſanguini. Iſte exhilarat afflictos, placat iracundos, auxiliatur deſperatis, cauſando lætitiam, & placet iucundis, & lætis; ac ſecundum Diu. Auguſt. dicitur delectabilis, lætus, & modeſtus.

Sextus Tonus fuit appellatus *Hypolydius*, ſub Venere. Iſte placat ſanguinem; & prouocat ad fletum, (contra naturam tertij) Placet hominibus effæminatis, qui facilè plorant.

Septimus Tonus dicebatur *Miſſolydius*, ſeù mixtolydius, ſub Saturno collocatus, qui dominatur malinconiæ, & ideò placet iuuenibus, furioſis, crudelibus, nec non malenconicis, tardis, & remiſſis, qui cum iſto prouocantur ad lætitiam, ſed imperfectam, quia participat de mæſtitia, & lætitia, ſecundum Planetam dominantem. *A Diuo Auguſtino* dicitur Quærulоſus ex effectibus reſultantibus.

Octauus dictus fuit *Hypermiſtolidius*, ſub Cælo ſtellato collocatus. Iſte tonus appellatur à Diu. Auguſt. & Ambroſio ſuauis, & morigeratus, quia lætificat, & mouet malinconiam, cui dominatur Planeta illius Cæli. Hinc eſt, quod afflicti, & triſtes audiendo iſtum tonum, reducuntur ad mediocrem lætitiam.

Quæ autem debeant cantari, ſeù componi à Muſicis ſub ſingulis tonis, nō eſt mei inſtituti explicare ſingillatim, poſſunt tamē videri Authores, qui de Theorica Muſicæ ſcripſere, præſertim Zerlinus, & Pater Auelli in c. 52. Ex quibus quatuor ſunt Autentici, vt primus, tertius, quintus, & nonus, & quatuor Placales, vt ſecundus, quartus, ſextus, & octauus.

Ad hoc autem, vt harmonia in Muſica redderetur dulcior, conſiderantes antiqui Philoſophi influentias Aſtrorum, & Planetarum, qui producunt in nobis duos effectus, vnum placidum, & alterum moleſtum: conſtituerunt duos modos canendi; vnum per *Be Mol*, & alterum per *Bequadrum*. Per primum canuntur effectus iucundorum verborum: per ſecundum rerum moleſtarum, ſciebant enim, quod Sol, Luna, Venus, & Iuppiter ſunt Planetæ iucundi, & placidi; ideò canebant effectus iucundos, & placidos, ſub tonis iſtos Planetas denotantibus, vt primo, ſecundo, quinto, & ſexto, in quibus ſemper

Digitized by Google

quaſi (ordinariè loquendo) canitur per *Bemol*; effectus verò moleſti, qui ſæpè naſcuntur ex Mercurio, Marte, & Saturno, canuntur ſub tonis iſtos planetas denotantibus, vt quarto, tertio, & ſeptimo, in quibus regulariter ſemper canitur per *Bequadrum*, in octauo verò, quia ſequitur naturam Planetæ viciniorïs, canitur, vt in ſeptimo tono.

CAPVT QVINTVM.

Vbi demonſtratur, quod Anima eſt Muſicè creata.

PRoſequendo ordinem propoſitum demonſtrandi præſtantiam, & nobilitatem Muſicæ ex diuerſis rationibus; maximè, quia omnia entia creata, muſicè compoſita, & creata inueniuntur: In præſenti capite ſe offert occaſio loquendi de Anima Rationali hominis, quæ ſecundum Pythagoram, Platonem, & quamplurimos alios Philoſophos, fuit à Deo Muſicis modis creata. Quod, & Poetius *in lib.* 1. *de Muſica c.* 2. innuit, cum dixit: Animam noſtram Muſicis numeris efformari, vt per *Diapaſon, Diſdiapaſon, Diateſſaron, &c.* Et ſimiliter Caſſan. *in cat. gl. mun. p.* 10. *conſid.* 51. *verſ. Pythagoras*; inquit, ex Cæl. *lib.* 5. *antiquar. lect. c.* 20. *in princ.* Muſica non ideo à Dijs data, vt ad delicias conuertamus, & aurium pruritum, ſed vt quod animæ conſonantiam turbat, & harmoniam huiuſce voluptatis delinimento ſedari, ac ad ordinem redigi valeat. Patet etiam, quod anima ſit muſicè, harmonicèque creata, ex concordia diuerſarum partium, & potentiarum in exetcitio differentium, & tamen vnicam in ſubſtantia animam conſtituentium, ac per concordiam rationis, & ſenſus, *vt ait* Boet. *& ſapient. c.* 11. *habetur* omnia Deus diſpoſuit in numero, pondere, & menſura. Similiter hoc probatur ex eo, quod inquit *Macrob. in Somn. Scipion. lib.* 1. *c.* 6. *verſic. Ergo*: in illis verbis: *Ergo hi duo numeri, tria dicc, & quatuor, tam multiplici inter ſe cognationis neceſſitate ſociati, efficiendis vtriſque corporibus, conſenſu miniſtri fœderis obſequuntur. Nec ſolum explicandis corporibus hi duo numeri collatiuum præſtant fauorem, ſed quaternarium quidem Pythagorici, quem tetracton vocant, adeo quaſi ad perfectionem animæ pertinentem, inter arcana venerantur, vt ex eo, & iuris iurandi religionem ſibi fecerint: Iuro tibi per eum, qui dat animæ noſtræ quaternarium numerum.* Vel: *Per, qui noſtræ Animæ numerum dedit ipſe quaternarium.* Ternarius verò aſſignat animam tribus ſuis partibus abſolutam; quarum prima

Digitized by Google

prima eſt *Ratio* : ſecunda *Animoſitas* : tertia *Cupiditas*. Item nullus Sapientum, animam ex ſymphonijs quoque Muſicis conſtitiſſe dubitauit. Inter has non paruæ potentiæ eſt, quæ dicitur *Diapaſon*; Hæc conſtat ex duabus, ideſt *Diateſſaron*, & *Diapente*. Fit autem *Diapente* ex *Hemiolio*, & fit *Diateſſaron* ex *Epitrito*. Et eſt primus Hemiolius tria; & primus Epitritus quatuor. (*de quibus numeris vid. ſup. p. 1. c. 2. verſ. Epitritus igitur fol. 8.* Ergo ex his duobus numeris conſtat *Diateſſaron*, & *Diapente*, ex quibus *Diapaſon Symphonia* generatur, qua anima conſtat.

Hinc eſt, quod Pythagoras, & Philolaus Philoſophi relati ab eodem Macrob. *ibid. c. 14. paulò ante fin.* aſſeruerunt, animam nihil aliud eſſe, quam harmoniam quamdam quibus alludunt *Simmias, & Dimarchus*, primus affirmat animam eſſe harmoniam ex partibus corporis integrantibus reſultantem; alter aſſerit, ipſam eſſe quatuor elementorum concordiam harmonicam.

Quod, & *Aſclepiades* innuere voluit, cum dixit, animam eſſe quinque ſenſuum exercitium ſibi conſonum. *Idem ibid.* qui ſimiliter *cap. 13.* hæc verba profert: *Conſtat enim numerorum certam, conſtitutamque rationem animas ſociare corporibus. Hi numeri, dum ſuperſunt, perſeuerat corpus animari, cum verò deficiunt, mox arcana illa vis ſoluitur, qua ſocietas ipſa conſtabat. Et lib. 2. c. 4.* ait: *Nam, ideo in hac vita omnis anima Muſicis ſonis capitur, quia in corpus defert memoriam Muſicæ, cuius in Cœlo fuit conſcia; & ita delinimentis canticis occupatur, vt nullum ſit, tam immite, tam aſperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu.*

Facit etiam ad hoc quod ait Cenſorin. *in lib. de die natali c. 9.* vbi de duobus generibus partus agit, alterum inquit ſeptem menſium alterum decem, ſed priorem alijs dierum numeris conformari, alijs poſteriorem, eos vero numeros, qui in vnoquoque partu aliquid ferunt mutationis; dum aut ſemen in ſanguinem; aut ſanguis in carnem; aut caro in hominis figuram conuertitur, inter ſe collatos, rationem habere eam, quam voces habent, quæ in Muſica ſymphonos vocantur. Deinde *cap. ſeq.* ait: *eſt autem Symphonia duorum vocum diſparium inter ſe iunctarum dulcis concentus*: Symphoniæ *ſimplices, ac primæ ſunt tres: quibus reliquæ conſtant; vna duorum tonorum, & ſemitonij habens* diaſtema, *quæ vocatur* Diateſſaron: *Alia trium, & ſemitonij, quam vocant* Diapente: *Tertia eſt* Diapaſon, *cuius* Diaſtema *continet duas priores, eſt enim ſex tonorum*. Tandem *c. 11. ſeq.* continuando ſermonem ait: *Nam quod ex ſemine conceptum eſt, ſex, vt ait, primis diebus humor eſt lacteus; deinde proximis octauo, ſanguineus: qui octo, cum ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam Symphoniam Diateſſaron. Tertio gradu nouem dies accedunt, iam carnem facientes: hi cum ſex illis primis collati, ſexcuplam faciunt rationem, & ſecun-*

dam

Digitized by Google

dam Symphoniam Diapente; tum deinceps ſequentibus duodecim diebus fit corpus iam formatum; horum quoque ad eoſdem ſex collatio, tertiam Diapaſon reddit, Symphoniam duplici ratione ſubiectam. Illi quatuor numeri, ſex, octo, nouem, duodecim coniuncti faciunt dies trigintaquinque; nec immeritò ſenarius fundamentum gignendi eſt; quem perfectum vocamus. Et paulò antè finem ait: *Nec verò incredibile eſt ad noſtros natales Muſicam pertinere;* Hæc *enim ſiuè in voce tantummodo eſt*, vt Socrates ait; ſiuè vt Ariſtoxenus *in voce, & in corporis motu: ſiuè in his, & præterea in animi motu, vt putat* Theophraſtus; *Certè multum obtinet diuinitatis, & animis permouendis plurimum valet.* tandem ait. *Erophilus* venarum pulſus rythmis Muſicis moueri. Itaque ſi, & in corporis, & animi motu eſt harmonia, procul dubio à natalibus noſtris muſica non eſt aliena. His, quæ ſupra dixi, poteſt etiam accommodari, quod dicetur in Miſcellaneis *infra Miſcel.3.verſ. Cum igitur*. Confirmatur ſimiliter ex Diu. Auguſt. *tom.1.lib.6.de Muſica litt.C.* vbi loquens de numeris ſpiritualibus, & æternis, ait: *affectio animæ, vel motus, quo intelligit æterna, &c. Sed hoc non poteſt conſequi, niſi animum ſubleuemus ad ſuperiora Dei, & æterna. At hoc præſtat Muſica ex cognatione, quam cum anima habet, purgat enim animam, & cæt.*

Et Roderic. Caſtellan. *in ſpec. vit.human. lib.1.c.30.ex Platone in Thimeo,* ait; tantam, ac talem virtutem, & potentiam ineſſe Muſicæ, eiuſque harmoniæ, ex cognatione ipſius cum anima, vt Cantus Muſicorum vigorem habeat, non ſolum ad commouendas animas, & ad mitigandos animorum affectus, ac paſſiones; vel ipſis eiſdem ingerendis; verum etiam, vt cogat homines mouere corpora ſua, etiam ad geſtus inſolitos, quibus motus interiores alterantur.

Ex quibus omnibus ſupradictis ferunt multi Philoſophi, non ſpernendæ auͨthoritates, conſiderantes, tam mirabilem magnamque affinitatem, inter animam, & Muſicam, ex virtute intrinſeca quam Deus illi indidit, quam nos mortales nunc non cognoſcimus, propter impedimentum corporis, cognoſcemus autem cum Deum videbimus facie ad faciem, cum propter hoc factus ſit homo, vt *dicemus in Miſcell.4.infr.de Anima*, quod ſi daretur caſus, vt inuenirentur tres, vel quatuor perfectiſſimæ, & purgatiſſimæ voces, vel inſtrumenta, quæ ſimul facerent melodiam vndequaque in perfectione ſuauem, facillimè homines, illam perfectam, dulcemque Muſicæ harmoniam audientes, extra ſe, & ferè in extaſim raperentur, propter maximam voluptatem, quam reciperent ex illa dulci, & perfecta melodia, quæ talem, ac tantam vim in ſe contineret, vt mentem omninò abſorbare poſſet, omnis enim delinimentis muſicis occupatur, & ad mollitiem voluptatis reſoluitur, vt inquit idem Macrob. *lib.2.in Somn. Scipion.*

Digitized by Google

pianc. 13. Nam ſicut , ſi audiretur melodia Cælorum ab hominibus, cauſaretur in anima tanta voluptas, propter magnam ſuauitatem, & dulcedinem, vt obliuiſcerentur homines omnium ad victum neceſſariorum, & extra ſe quaſi raperentur, vt ait Philo Hæbr. *in lib. de Som.* Ità à pari raperentur ſi ſuauiſſimam audirent alicuius perfectæ Muſicæ melodiam. Nec mirum videri debet, nam cum Muſica diſponat cerebrum, illudque viuificet, & aptum etiam faciat ad quodcumque opus, ideo excedere animum faceret: ratio eſt, quia ſopirentur vires inferiores, & ſic ſuſpenderetur quoque adminiſtratio corporis; omnis enim vehemens intellectualis contemplatio, ſiue eleuatio eneruat vires naturales, & ſuperat ſenſus exteriores; ex quo cauſatur extaſis; *de qua latiùs infr. in ſupradicto Miſcell.* 41.

Concludendum eſt igitur, quod ex tàm mirabili omnipotentis Dei opere, ſcilicet animæ creatione Muſica, non parua Muſicæ reſultat laus; Ipſa namque ex potentijs intellectiuis, & ſenſitiuis harmonicum patefacit modum: Necnon ex concordi concentu vnionis ipſius, cum corpore. Nam nonne mirabilis Muſica conſiderari poteſt in his tribus animæ potentijs? ac maximam harmoniam formare, memoriam ſcilicet intelligentiam, & voluntatem, vnam ſubſtantiam eſſe, non tres; & vnam mentem, non tres mentes eſſe, vt demonſtrat Diu. Aug. *lib.* 10. *de Trinit. c.* 11. certè quod ſic. Et hæc ſupradicta tria, eò ſunt vnum, quò vna vita, vna mens, vna eſſentia; eò verò tria, quò ad ſe inuicem referuntur. *Subdens ipſe ibidem in fine:* æqualia ſunt tota ſingulà totis ſingulis, & tota ſingula ſimul omnibus totis, & hæc tria vnum, vna vita, vna mens, vna eſſentia. Anima igitur, & potentiæ ipſius vnicam naturam habent, licet ſecundum ſua opera varijs nuncupetur nominibus, *vt declarat* D. Hugo de Sancto Victore *in lib. de Spiritu, & Anima c.* 13. Dicitur enim *Anima* dum vegetat: *Senſus,* dum ſentit: *Animus,* dum ſapit: *Mens,* dum intelligit: *Ratio,* dum diſcernit: *Memoria*, dum recordatur: *Voluntas*, dum vult: *Spiritus*, dum contemplatur. Iſta verò non differunt in ſubſtantia, quemadmodum in nominibus, quoniam omnia vna eſſentia; proprietates quidem diuerſæ, ſed eſſentia vna rationalis, & vna anima, in eſſentia ſimplex, in officiis multiplex. *Et* Diuus Bernardus *ſuper Cantica* ait: *Quædam in anima intueor: memoriam, intelligentiam, & voluntatem, hæc tria, ipſam eſſe.* Anima itaque Sanctiſſimæ Trinitatis imaginem in tribus potentiis repræſentat, vti ſubſunt ſuis actibus; nam ſicut à Patre eſt Filius, & ab vtroque Spiritus Sanctus procedit: ſic quodammodo à memoria fæcunda, notitia gignitur, & in intellectu recipitur: ab vtroque autem velle originatur. Supradicta harmonica animæ compoſitio

Digitized by Google

ſitio manifeſtatur etiam in alio. Habet namque vegetare cum plantis, ſentire cum Brutis, & moueri ſecundum locum cum animalibus; tamen hæc omnia in anima intellectiua continentur, quia pars vegetatiua ad ſenſitiuam, & ſenſitiua ad intellectiuam: eamdem habet conuenientiam, vt figura trium latuum ad figuram quatuor latuum; ſcilicet omnes aliæ potentiæ ſupradictæ continentur in anima intellectiua, & rationali, ſicut Trigonum apud Mathematicos continetur in Tetragono, *vt per* Ariſtotel. *in lib. 2. de Anim. c. 3. & Fuſius dicemus infra in Miſcell. 4. vbi de Anima.*

Vnde meritò dixit Baldus *in cap. Ne innitaris de conſtitut. numer. 3.* vbi etiam *Archidiaconus* relati â Fagnano *in reptit. eiuſdem cap. nu.* 396. conſcientiam hominis bonam, harmoniam quandam, & conſonantiam eſſe cum veritate, quia conſcientia eſt forus veritatis, quæ in voluntate conſiſtit, conſcientia enim voluntati attribuitur, eo quod eſt electio deliberatiua in voluntate conſiſtens; dicitur enim conſcientia quaſi concludens ſcientia; vt ait Marg. *Philoſ. lib.* 11. *c.* 11. licet D. Io: Damaſcen. *lib.* 4. potius intellectui, quam voluntati attribuat, inquiens: *Conſcientia noſtra eſt lex intellectus noſtri.* Hinc eſt, quod Diu. Hieron. *ſuper Ezech.* inquit, quod ſynderesis eſt ſcintilla quædam conſcientiæ. Ex quibus omnibus concludendum venit animam noſtram muſicè, & harmonicè à Deo fuiſſe creatam.

CAPVT SEXTVM.

Vbi quod corpus humanum eſt muſicè compoſitum.

IN Proximo præcedenti capite conatus ſum demonſtrare animæ creationem à Deo harmonicè, & Muſicè factam. In præſenti compellor, quodammodo oſtendere corpus, quod ab Anima informatur, eſſe etiam modis muſicis, & harmonia quadam mirabiliter formatum. Ipſa poſt modum vnio animæ rationalis cum corpore hominem conſtituit, qui omnium creaturarum eſt digniſſimus, vt in *Auth. de nupt. §. quia verò,* & Glo. *in l. emptori ff. de euiction.* Imò dicitur miraculum quoddam homo, factus ad ſimilitudinem Dei, vt *Geneſ. c.* 1. *&* 9. & eſt textus in *c. hac imago 33. q. 5.* & *in l. ſi quis immetallum C. de pæn. & ſup. dix.* & cum omni creatura participat omneſque aliarum creaturarum proprietates in ſe comprehendit: habet

enim

enim homo aliquid omnis creaturæ, quia vt ait Diuus Gregorius *Homil.29.in Euangeli.* habet commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis, quod habetur etiam *per text.in l.qui vas.§.ex furtiuis ff.de furt. & in l.in pecudum ff.de vſur.* Vnde facta eſt anima rationalis, vt Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur, vt in *præcitat.* iuribus habetur.

Homo igitur creatura, tàm perfecta, adhuc videtur inſtructura corporis à Deo Naturæ Authore harmonica quadam conſonantia, vltra ſupra narrata, formatus; quæ quidem in ſymmetrica membrorum, & humorum proportione, & menſura conſiſtit; nam *Vitruuius, Auguſt. & alij Microcoſmographi* corpus humanum in ſex diuidunt pedes; (viri tamen perfecti, & proportionati, non infantium, ſenum, & mulierum, quæ vt plurimum non ſolent eſſe proportionatæ ſtaturæ) ſeù cubitos geometricos: quilibet autem *pes* diuiditur in decem gradus, & quilibet *gradus* in quinque minutos. Vnde omnes ſex pedes ſexaginta conſtituunt gradus, qui omnes tercentum minutos complent. In his numeris certè inuenitur *Diapente, & ſexquialtera* proportio, quæ multiplicata alias proportiones faciunt. Huius mẽſuræ fuit Arca Noè, ſcilicet ad formam, ſeù menſuram humani corporis ſic à Deo ipſi præſcripta vt in *Sac.Geneſ.habetur c.6.* Alij verò diuidunt ſtaturam hominis in decem partes; Alij in ſeptem; & alij ſequentes Vitruuium in ſua Architectura, longitudinem humani corporis diuiſam tenent in 180. partes; Vnde ſingulæ partes corporis, inter ſe ad inuicem comparatæ, quantitatem tot partium obtinebunt, prout ſequitur, (quam ponit kircher. mox citandus.) Facies decimam octauam partem conſtituit; & ſic: Naſi longitudo ſextam; ambitus naſi in imo ſextam: Auris longitudo ſextam: Ab Hirco ad Hircum duodecimam; frontis longitudo à radice capillorum ad naſum ſextam: Naſi imum à mento ſextam: oris longitudo quartam: oris ambitus 12. A vertice ad imas ceruicis 24. A ſummo pectore ad capillorum ſummas radices 36. Auris ambitus 12. Oculi longitudo 4. Oculorum diſtantia 4. A naſi imo ad os. 2. Ab ore ad mentum. 4. Naſi foramen. 1. Frontis ambitus ſummi. 18. Palmæ longitudo 18. A mento ad verticem 24. Pes. 30. Cubitus. 45. Pectus. 30. Ex quibus etiam numeris naſcitur conſonantia perfectiſſima, nam ex 6.ad 6. 30.ad 30. 18.ad 18. oritur, & formatur *Vniſonum*; ſic ex 1. ad 2. & 12. ad 24. *Diapaſon*, 4. ad ſex *Diapente*; 18. ad 24. *Diateſſaron*; 1. ad 4. & 6. ad 24. *Diſdiapaſon*; & ſic de reliquis, vt not. kircher. in Muſurg. *lib.*10, *Regiſtr.*4.§.1.

Eſt ſimiliter alia conſonantia in humano corpore, quia continet

in ſe figuram ſphericam, ſi ex vmbilico, ſiuè ex pectine, tamquam ex centro menſuretur, & compaſſu circumferatur linea; faceret vtique perfectiſſimum circulum, mundum repreſentantem. Continet etiam figuram quadratam, nam ſtando homo brachijs extenſis, conſtituit quadrum perfectum æqualibus lateribus, cuius centrum eſt vltima pars pectenis. Continet quoque perfectum Pentagonum, ſi ex eodem centro fertur circulus per ſummitatem capitis, demiſſis brachijs, ita vt extremi digiti manuum, & pedum circumferentiam tangant, tunc enim quinque æquales partes inueniuntur. Continet ſimiliter triangulum ex extremis calcaneis ad vmbilicum. Fiet quòque Quadratus æquialter, cuius centrum erit ſuper vmbilicum in cintura corporis, ſi ambo pedes ex dextra, & ſiniſtra parte verſus vtrumque latus diſtendantur, & ambæ manus rectè extendantur in linea capitis; tunc enim ex iſtis, & ex illis extremis digitis fiet ſupradictus quadratus equialter. Erit etiam triangulus æqualis, ſi pedes, & coxæ dilatentur manibus eleuatis, ita vt decimaquarta pars ſuæ ſolitæ ſtaturæ rectæ, euadat breuior; tunc enim diſtantia pedum, vſque ad fundum pectenis, erit ſupradictus triangulus. Et ſi manus rectæ omninò extollantur, cubiti æquarent ſummitatem capitis; vt ex Vitruu. & Paul. Loma. *tract. de pictur. lib. 1.* oſtendit cum ſuis figuris, & delineamentis Kircher. in ſua Muſurg. *lib. 10. Regiſtr. 4. per plures* §§.

Hinc eſt, quod ſi cum ſupradictis Doctoribus, & alijs Microcoſmographis ad menſuras ſingulorum humani corporis membrorum tranſitum facere voluerimus; inueniemus vtique mirabilem Naturæ Muſicam, quia ex diſparibus partibus, tamquam ex diſſonantibus numeris chordarum, maxima harmonia, reſultat; aliàs homo conſiſtere non poſſet. Vnde obſeruatur, quod circuitus hominis ſub Axillis medietatem ſuæ longitudinis continet.

Inde vſque ad medium pectoris, inter vnam, & alteram mammillam; & ex medio pectore, vſque ad ſummitatem verticis, eſt quarta pars longitudinis.

Ex infima parte pectenis, vſque ad infimam genuum: & exinde vſque ad extremum calcanei, etiam eadem quarta pars longitudinis conſtituitur.

Eadem quoque proportio obſeruatur ab extremo vnius, ad alterum Humerorum.

Et ſimiliter ex curuatura brachij, ad extremitatem digiti longioris.

Septimam partem altitudinis hominis faciunt ſequentes proportiones membrorum; ſcilicet illud ſpatium pectoris, vſque ad vtrumque

que

Digitized by Google

que punctum mammillarum. Et inde quoque ſupra ad labia. Vel exinde ad vmbilicum. Et illud ſpatium exiſtens inter extremitatem oſſium ſupremæ partis pectoris, gulam comprehendentium; & illud, quod eſt à planta pedis, propè lacertum. Similiter ex hoc vſque ad medium rotæ genu, omnes ſupradictæ menſuræ ſunt æquales.

Octaua pars longitudinis conſtituitur in capite, ex infima parte menti, vſque ad ſummitatem verticis. Tantumdem eſt ex cubito, ad finem humerorum. Idem inuenitur in quolibet magno corpore Diametrum Cinturæ.

Quintam partem conſtituit circulus capitis circum circa cutem piloſam. Et eamdem menſuram habet latitudo totius pectoris.

Inſuper quanta diſtantia eſt inter mentum, & pectus, tanta eſt latitudo colli.

Quanta eſt ab oſſo furcato ſtomachi ad vmbilicum; tantum eſt totum collum in rotunditate.

Quanta eſt ex mento ad ſupremum capitis: tanta eſt latitudo cinturæ.

Quanta eſt diſtantia ex interuallo ſuperciliorum ad ſportum narium: tantum diſtat Iugulum à mento.

Quanta eſt ex naribus à mento: tanta eſt ex gurgite vſque ad finem Iuguli.

Oculorum concauitas ex medio ſuperciliorum, vſque ad interiorem partem cornicum, eadem quippe eſt, ac altitudo aculei narium. Et eiuſdem menſuræ eſt ſulcus alarum naſus, vſque ad extremitatem labij ſuperioris.

Ex ſummitate vnguis Indicis, vſque ad ſuam infimam iuncturam; & exinde vſquequò manus brachio coniungitur in parte ſilueſtri, eſt menſura æqualis, cum extrema vngue digiti medij, vſque ad vltimam iuncturam in parte domeſtica; & ſic ad Raſum manus.

Maior articulus, ſeù nodus Indicis æquiparatur altitudini Frontis. Alij duo nodi vſque ad extremitatem vnguium æquant menſuram glabellæ ſuperciliorum ad ſummitatem narium.

Primus, & maior articulus digiti medij correſpondet ſpacio, inter radicem ſorgum, & vltimum fundum menti.

Secundus nodus eſt tantus: quantus ex ſummitate menti ad oram labij inferioris.

Tertius nodus eſt eiuſdem menſuræ, ac ſpacium ex ore ad profundiorem terminum narium.

Manus tota continet eamdem menſuram, quam totus vultus.

Maior nodus Pollicis correſpondet ſpacio aperturæ oris: & ſpacio ex mento ad labium inferiorem.

Minor nodus eiuſdem digiti eſt eiuſdem menſuræ cum ſpacio à monte inferioris labij, ad infimum ſitum narium.

Vngues conſtituunt medietatem omnium articulorum extremorum.

Summitas arcus, quæ eſt inter ſupercilia ad angulos extremos, eſt eadem diſtantia, quæ eſt ex angulis ad aures.

Frontis altitudo.

Naſus longitudo: &

Oris amplitudo, ſunt inter ſe omninò æquales.

Plantæ pedis latitudo, &

Volæ manus, eſt eadem.

Talis latitudo ex extrema parte pedis ad altiorem partem ipſius, eſt æqualis longitudini, quæ eſt ex collo pedis, ad extremitatem vnguium.

Ex alto frontis ad diuiſionem oculorum: & ex illa ad profundum narium: & exinde ad extremitatem menti, eſt eadem quoque menſura.

Iunctura ſuperciliorum æquat circulòs oculorum.

Semicirculi aurium æquant aperturam oris.

Itaque circuli oculorum, aurium, & oris ſunt æquales.

Naris amplitudo eſt eadem, ac longitudo oculi; quare oculi duas partes occupant illius ſpacij inter vtramque eorum extremitatem exiſtentis. Et naſus in medio conſiſtens tertiam occupat.

Inter ſummum verticis, & genua, vmbilicus eſt medium.

Inter ſummum pectoris, & profunditatem narium, medium eſt nodus iuguli.

Inter principium verticis, & finem menti, medium ſunt oculi.

Inter interuallum oculorum, & extremitatem menti, medium ſunt nares.

Inter infimam partem narium, & menti, medium eſt ſportus labij inferioris.

Quantum diſtat à labio ſuperiore, ad inferiorem mollitatem narium, eſt eadem diſtantia cum 3. parte.

Omnes autem ſupradictæ menſuræ, & proportiones ſunt omninò harmonica concordantia compoſitæ, & inter ſe mirabiliter conſonantes, ac muſicas proportiones continentes.

Digitus enim maior procedens verſus iunctutam manus, vſque-

quo

quò pulſus percutit, habet in menſura circulari proportionem duplam ſexquialteram.

Et exinde ad ſummitatem brachij in lacerto, prope humeros, habet triplam.

Ex magnitudine cruris ad illam brachij, habet ſexquialteram. Et eadem proportio, quæ eſt à crure ad brachium: eſt etiam à collo ad crus.

Proportio coxæ ad brachium, eſt tripla.

Totius corporis ad truncum, eſt ſexquioctaua.

A trunco ad tibias, vſque ad vltimam lineam plantarum, eſt ſexquitertia.

A pectore ad collum, vſque ad vmbilicum, ad lumbos, ad aluum, ſiuè ad finem trunci, eſt dupla.

Latitudo Ilium, ſeù laterum, ad illam coxium, eſt in ſexquialtera.

Capitis ad collum tripla.

Capitis ad genua, etiam tripla.

Capitis ad lacertum cruris, eadem.

Iſtæ ſunt menſuræ Muſicæ, per quas membra humani corporis, ſecundum eorum longitudinem, latitudinem, & circumferentiam, inter ipſa, & cum Cælo, & cum Mundo concordant in quibuſdam Muſicis proportionibus, vt tetigi ſupra.

Ex iſtis autem diuiſionibus per proportiones multiplicabiles, oritur varia, ſed concordans metaphorica harmonia. Proportio ſiquidem *Dupla*, conſtituit tres *Diapaſon*: *Quadrupla* facit *Biſdiapaſon*, *&* *Diapente*, & ſic de ſingulis.

Sunt etiam multa alia in corpore humano admiratione digna, quæ abundè ponuntur per Cæl. Rodigin. *lib. 1. antiquar. lect. c, 12. & lib. 2. per tot.* vbi ponit rationem omnium membrorum; & inter omnia dicit eſſe quatuor principaliora, & digniora, videlicet Cerebrum, cor, epar, & teſticulos, de quibus *eod. lib. c. 39.* Lucas verò de Penn. *in l. Nemini. C. de conſulib. & non ſpargend. lib. 12.* dicit, quod Princeps in Republica, quæ pro corpore ponitur, obtinet vicem, & officium capitis, cui digniorem gradum tribuit. Et Paulus *Iureconſultus in l. cum in diuerſis ff. de religioſ. & ſumpt funer.* inquit, quod caput eſt principale membrum hominis, quia per caput cognoſcitur, cuius imago ſit, vt ibi dicit textus, & illud ſequuntur omnia membra *cap. Nolite 11. diſt.* & indecens eſt, membra eſſe perfectiora capite. *cap. miramur. 60. diſt.* & dicit Felin. *in cap. Cum non liceat in princ. de præſcript.* quod caput eſt honorabilius membrum cæteris. Et Bal. *in cap. 1. § adhuc in 4. col. de pac. iur. firm.* inquit, quod excellentia hominis tribuitur capiti, in quo eſt fons ratio-

nis,

Digitized by Google

nis, qui allegat Ariſtotelem dicentem, quod cerebrum eſt membrum diuinum, in quo eſt ſenſus, & intellectus. Hinc dicitur per Gaium *Iureconſultum in l. 1. ff. de orig. iur.* quod omne principium dicitur caput; & ſicut caput fluminum dicitur fons, tamquam principium: ſic principium Viæ, ſeù libri dicitur Caput. Vnde ratio edi debet à capite. *textus in l. argentarius, & l. ſi quis §. initium ff. de edend.* Quarè benè dicitur per *text. in can. ſunt plurimi, & in cap. ex merito 6. q. 1.* quod vbi caput dolet, cætera membra languent.

Adeſt inſuper alia mirabilis concordantia, & harmonia in corpore humano, ſcilicet *Næuorum,* qui à Natura non fruſtra, & caſualiter ponuntur in corpore, ſed quadam ſecreta relatione ad aliud ſignificandum collocantur: & ſi quis habet næuum in facie, ſiue à dextra ſiuè à ſiniſtra parte, correſpondet etiam in aliquibus partibus ſecretis corporis, & aliquid indicat, vt inquit Ludouic. *ſectan. in tract. de Næuis, & Hieronym. Car. lib. variar.*

Eodemque modo in humano corpore qualitates recipiuntur ab elementis harmonica quadam, & Muſica proportione, ſicuti ſimili modo humores compaginati inueniuntur; Caro enim à terra; humor ab Aqua; Anhelitus ab aere; feruor ab igne. Omnia tamen à Deo. Crin. *lib. 6. c. 12.* & quatuor humores, nempe *Bilis, Flegma, Sanguis, & melancolia* conſonant quatuor elementis; Bilioſa enim maſſa *Igni* concordat; Flegmatica *Aquæ*; Sanguinea *Aeri*; Malincolica *Terræ*. Et Hipocrat. *lib. de nat. hom.* ac Galen. *lib. 1. de complex.* tribuunt homini ſano, atque benè compoſito octo pondera ſanguinis; quatuor Pituitæ, duo Bilis; vnum Malincoliæ; quare omnia duplam proportionem conſtituunt; & à primo ad tertium, & à ſecundo ad quartum, quadrupla eſt proportio. Omnes autem ſupradicti humores cum Muſica benè conueniunt, & ad ipſam ſpectant quia tonus Dorius dictus, tribuitur Pituitæ; Frigius Bili; Lidius Sanguini; Miſſolidius Malincoliæ ex effectibus, vt *dixi ſupra cap. 4.* cum de tonis loquutus fuerim ex authoritate *Auelli. cap. 52.*

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

Vbi de harmonia elementorum agitur.

QVatuor elementa, nempe Terra: Aqua: Aër: & Ignis, ex reciproca eorum correſpondentia, non paruam quoque faciunt harmoniam, quia in eorum qualitatibus conueniunt cum quatuor tonis principalibus Muſicæ; nam Terra, quia in imo maximam habet grauitatem, denſitatem, & opacitatem, conuenit cum tono Miſſolidio. Aqua terræ ſupereminens, quia minus illa denſitatis, & grauitatis habet, perſpicua, & translucens eſt, conuenit cum tono Dorio; Aër aquæ ſuperimpoſitus agitabilior fit, leuis eſt, ſurſum tendens, ac magis perſpicuus aqua, conuenit cum tono lidio; Ignis ſupremo loco conſtitutus, vt qui elementorum omnium ſit agitabilis, eſt leuiſſimus, tenuiſſimus, emicans, ac omnibus excellentior, conuenit cum tono Phrigio; de quorum qualitatibus Ioann. Damaſcen. *lib. 2. c. 6.* Petr. de Gregor. *in Art. mirabil lib. 25. c. 36.* Margar. Philoſoph. *lib. 9. de origi. rer. natural. c. 3.* vbi habetur, qualitates elementorum primas, & ſecundas eſſe. *Primæ qualitates* in genere tangibilium, ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum; calidum, & frigidum dicuntur qualitates actiuæ; humidum verò, & ſiccum, paſſiuæ; ratio eſt, quia illæ ſunt maioris actiuitatis, & minoris reſiſtentiæ; illæ autē è cōtrario ſunt minoris actiuitatis, & maioris reſiſtentiæ. Omnes tamen ſuo modo, & agunt, & patiuntur; ſecundæ verò qualitates, ſunt illæ, quæ à prædictis quatuor, originem habent, videlicet lubricum, aridum, groſſum, ſubtile, durum, molle, aſperum, lene, graue, & leue; quibus poſſunt addi aliæ qualitates, quæ de genere tangibilium non ſunt, veluti colores, ſoni, ſapores, odores, & cæteræ, de quibus in *Cathegorijs* habetur. Vnde

Calidum, eſt illud, quod *homogenia*, ideſt entia eiuſdem naturæ congregat, & *Etherogenia*, ideſt entia diuerſarum naturarum ſeparat.

Frigidum homogenia Etherogeniis conglutinat.

Humidum terminō propriō malè terminatur; alienō verò benè.

Siccum termino proprio benè clauditur, alieno autem malè terminatur.

Terra eſt frigida, & ſicca; frigiditas verò eſt qualitas propria, qua ſe aquæ approximat; in ſiccitate autem comparatur igni; Hinc eſt, quali-

qualitatem Terræ præcipuam, ſecundum eius naturam poſſibilem, eſſe ſiccitatem; minus præcipuam, frigiditatem; in vtraque tamen qualitate aëri contraria reperitur; atque omnibus alijs ſiccior comprobatur.

Aqua eſt frigida, & humida. In frigiditate conuenit cum terra; in humiditate cum aëre. Præcipua ipſius qualitas, eſt frigiditas, minus præcipua, humiditas; in vtraque igni repugnat. Vnde cæteris frigidior inuenitur.

Aer eſt humidus, & calidus: Humiditatem cum aqua participat; caliditatem verò cum igne; Hinc naturalis, & propria qualitas præcipua, humiditas; minus præcipua caliditas; ſed in vtraque à terra diſiungitur; & eſt omnibus humidior.

Ignis eſt calidus, & ſiccus. Caliditatem cum aëre participat; in ſiccitate verò cum Terra conuenit. Qualitas propria, & præcipua eſt calor; minus præcipua ſiccitas; in vtraque autem aquæ opponitur; & eſt cæteris calidior. DD. ſupracit. & Diu. Ambroſ. in Hexa. *lib. 3. c. 4.* Vnde ignis, & aër conueniunt in caliditate: Ignis, & Terra in ſiccitate: aër, & aqua in humiditate: Aqua, & Terra in frigiditate. Non conuenientia verò ſunt ignis, & aqua: Aër, & Terra. Quare elementorum proportio in qualitate ita ſe excedunt; nam ſphera Terræ à ſphera Aquæ ſuperatur in decupla: à ſphera Aëris in centupla: à ſphera Ignis in millecupla quantitate. Hoc eſt ſi ex ratione ſecundarum qualitatum, quæ ſunt illæ decem; groſſum: ſubtile, &c. ex vno pugillo. V. g. elementi groſſioris, decem pugilli elementi proximè ſubtilioris generentur; vnde fit, vt ex vno pugillo Terræ, generentur decem pugilli aquæ: ex vno aquæ, decem aëris: & ex vno aëris decem ignis. Sic ex vno pugillo Terræ centum aëris, & mille ignis generantur. Nec tamen de materia plus ſub vno pugillo Terræ, quam ſub decem aquæ; centum aëris: aut mille ignis continetur. *DD. prædicti, & præſertim* Magar. Philoſ. *ibid. c. 4.*

Ex ſupranarratis diſparibus qualitatibus elementorum inter ſe aliquando concordantium, & aliquandò diſcordantium, non parua reſultat Muſica proportio, & harmonica concordantia, *vt dicit* Boetius; necnon ex dicendis: in Baſis enim dictorum elementorum, & ex eorumdem Angulis ex Vitruuio, & alijs conſtat manifeſtè; nam cum inter Ignem, & Aërem ſit proportio *Dupla* in Baſis, & *ſexquialtera* in angulis ſolidis; & in Planis *Dupla*: naſcitur certè duplex harmonica concordantia *Dupla: & Diapente.* Inter Aquam, & Aërem in Baſis, eſt proportio *Dupla, ſeſquialtera*; vnde conſtituitur *Diapaſon*, *Diapente*, & *Diateſſaron*; & in Angulis *Dupla* conſtituit iterum *Diapaſon*. Inter

Aquam

Digitized by Google

Aquam, & Terram in Baſis, eſt proportio *tripla ſeſquitertia*, ex qua fit *Diapaſon, Diapente, & Diateſſaron*: & in angulis *Dupla* conſtituit iterum *Diapaſon*. Et licet inter ignem, & aquam;& inter aërem,& terram, videatur aliqua diſſonantia ex qualitatibus,omninò repugnantibus: tamen ex alia ratione, & cauſa datur concordia, inter ipſas quoque.

Vltra ſuperiùs dicta,datur etiam alia concors harmonia in elementis, ex benè diſpoſitis proportionibus; nam ignis eſt duplo ſubtilior Aëre; triplo mobilior, & duplo acutior aqua. Aqua eſt duplo acutior; triplo ſubtilior, quadruplo mobilior Terra. Et quamuis ignis ſit acutus, ſubtilis, & mobilis: Aër ſubtilis,mobilis,& obtuſus:Aqua mobilis obtuſa, & corporea: Terra verò obtuſa, corporea,& immobilis; inter ipſas tamen eſt eadem, & æqualis proportio; ita vt inter ignem, & Terram, Aër, & Aqua ita interponantur,vt eo modo,quo ſe gerit ignis cum Aëre: ita Aër ſe gerat cum Aqua: & Aqua cum Terra. Et ſicut Terra ſe habet cum Aqua: ſic Aqua ſe habet cum Aëre, & Aër cum Igne in conſonanti, & conuenienti concordia. Et licet in aliquibus videantur diſcordare inter ipſa;reuera maxima ineſt harmonica quies, & concors harmonia, vt inquiunt *præcitati Doctores, & Boetius cum alijs Perypateticis, & Pythagoricis.*

At verò, quia elementa comprehendunt in ſeipſis omnia quæ nos mortales in hoc Mundo videmus, & mirabiliter experimur tam pulcra, diuerſa, & curioſa; de ſingulis pauca percurrere non abs re erit. Ex quo curioſi faciliùs cognoſcent multa, quæ, etiam Doctiſſimi Viri in cæteris diſciplinis, ignorant penitùs aliquando, niſi qui ex profeſſo Philoſophiæ operam nauarunt. Præterquam, quòd principale meum propoſitum fuit, occaſione Muſicæ, qua ferè omnia formata, & creata ſunt, vt ſupra demonſtraui, tam Mundi ſuperioris, quam inferioris, diſcurrendi, ſi non de omnibus, ſaltem de quibuſdam magis curioſis,delectabilibus,& cohærentibus plus ſcitu neceſſarijs propter eruditionem, & communem omnium vtilitatem. Quod quidem patefacit titulus, quo inſcribitur liber hic,cùm *Muſeum Hiſtorico-legale* dicatur, quod permittit, imò compellit in vnum congerere res diuerſas ad particularia capita pertinentia, per interſecationes, ſeu tractatiunculos, ideo inſerui in calce operis, ad euitandum euitanda. Quare proſequendo materiam, ordinatè tamen,in ſingulis elementis ſupplebo, quæ ſupra non tetigi; ſed quia Terra in Mundo permanens,imò in parte illum componens,& ſecundum quoſdam ſit vnum & idem: Ideo de illo primùm ſermo erit; poſtea de aqua, eiuſque annexis, & connexis; deinde de Aëre, eiuſque qualitatibus, & tan-

dem de igne pro ſupplemento, ex quibus omnibus oritur tanta, & admirabilis harmonica concordantia. Adeſt inſuper; & alia ratio, quod ſcilicet Terra conſtituit ſpheram vna cum aqua in ſuperficie concaua aëris; & tamquam centrum in medio Mundi conſiſtit: Ideo de Mundo aliqua per breues concluſiones prælibare abſonum non exiſtimo. Tanto magis, quod in ſe continet lapides, ſaxamagna, & parua, concauitates, & cauernas multas, in quibus generantur, ex vaporibus Terræ incluſis, metalla, mineralia; in ſuperficie arbores, gramina,&c.In quorum ſingulis ad mirabilisharmonia conſideratur; in quibus cum animali conuenientiam quamdam habet, vt inquit Aut. Marg. *lib.7.c.43.*in princ.nam lapides tamquam oſſa in animali ſunt, concauitates pro viſceribus habet, & inteſtinis; flumina continenrur, tamquam ſanguis in animali, nam ſicut ſine ipſo animal periret, ſic Terra ſine aqua, ſua ſiccitate in puluerem redigeretur; ideo vbique aquis conſperſa eſt ex infinita Dei prouidentia, arbores, & herbæ comparantur crinibus, vnguibus, cæteriſque animalis ſuperfluitatibus.

Quare qui curioſitati ſatisfacere voluerit adeat Miſcellan. infra *lib,2.tractatiuncul.Miſcellan.5.*

Ex ſupranotatis tandem elementorum diuerſis qualitatibus in ſe ipſis omninò concordantibus, nonne quilibet arguere valet, fuiſſe magna harmonia creata, vltrà relata in principio præſentis captis; ex pulcro; & miro ordine, quò ſummus Deus, rerum opifex illa diſpoſuerit; Terram ſiquidem in imo poſuit, vt ſoliditate inſita hominibus vtilis eſſet. Ipſa namq; mirabili varietate arbores, fruges, frutices, flores, fructus, & herbas producit; Aromata, odores, & medicamina innumera profert, cum quibus, vel conſeruatur; vel præſeruatur hominum ſalus; Montes, Valles, Speluncas, aurum, argentum,& alia metalla, gemmas, & lapides hominum vtilitatibus conſeruat,& continuè in ſuis viſceribus generat; tot animalium irrationabilium ſpecies diuerſiſſimas, & mitium, & ferorum pro hominum ſeruitio, & vtilitate gignit. Aqua continet in ſe tot maria vaſtiſſima, tot flumina ingentia, tot fontes peremnes, tot gratiſſimos riuos,tot genera piſcium, tot conchylia margaritis referta, & alia iucundiſſima, quæ ex illa producuntur, & fiunt. Aër continet in ſe tot auium, & volatilium ſpecies diuerſiſſimas, magnas, & paruas, quæ aliquandò ſuis volatibus maximam harmoniam faciunt, & Muſicos concentus formant. Ignis verò continet in ſe tot diuerſas virtutes, & qualitates influentes,& operatrices homiuibus non parum conferentes.Ex quibus omnibus tanto mirabili modo, & inenarrabili varietate diſpoſitis,

Digitized by Google

tis, atque creatis, non mediocris reſultat harmonica concordantia; Hinc eſt, quòd Caſſan. *in cat. Glor. mun. p. 12. conſ. 12. meritò.* in hæc prorumpit verba: *Eam verò,* (ſcilicet Terram) *Optimum Maximum Deum, Chorum aliquem Diuini Templi medium conſtituiſſe, ampliùs animaduertenti patet. Nam cum Mundum,* (vt Platonici volunt) *vbique conſtrueret.* quò clariùs ſuum referret Aucthorem.

Vndè etiam Virgil. *in Sileno Eclog. 6.* ad huiuſmodi alludens ait.

Tum verò in numerum, faunoſque feraſque videres.
Ludere; tum rigidas mouere cacumina quercus
Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes
Nec tantum Rodope miratur, & Iſmarus Orphea, &c.

Hoc verò in loco cadit opportunitas ſatisfaciendi cuidam amico, & ſimul aduertendi Lectores, me in multis vſum fuiſſe Poëtarum authoritatibus, quæ licet quorundam delicatis ingeniis videantur parui momenti, res tamen aliter ſe habet in effectu; ideò eorum aucthoritates, non ſunt parui pendendæ, ſed in magna veneratione habendæ; Poëtæ enim, non modò ſunt dulces, propter quandam dicendi ſuauitatem, & eloquentiam; verum etiam naturali inſtinctu, quandam Maieſtatem, & virtutem patefaciunt, quam furorem poeticum quidam appellant, cum multa ex tempore dicant, quæ ſapiunt, quodammodo, aliquid quod humanum ſuperare videtur. Hinc eſt, quod Plato, & Ariſtoteles, Philoſophorum Principes, ſuas ſententias, ac dicta aucthoritatibus, & carminibus Poëtarum corroborare, & fortiores reddere, non erubuerunt, & tanti faciebant eorum authoritates, vt illorum dicta pro certiſſimis teſtimonijs haberent. Hinc eſt, quod in Decretis ſæpiſſimè inueniuntur carmina Virgilij, & aliorum Poëtarum, vt *in can. legimus de conſecr. diſt. 5.* vbi affertur *Horatius in verb. irridet vbi Gloſ.* refert verſum eiuſdem ſic dicentis: *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas; & in can. Nunquam ead. diſt. 5.* vbi afferuntur illa carmina Virgiliana.

Ecce ſupercilio Cliuoſi tramitis vndam:
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur,
Saxa ciet; ſcatebriſque arentia temperat arua,

Et in Can. Nec mirum. §. Magi 26. q. 6. afferuntur carmina *Lucani* dicentis:

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni.
Incantata perit, & in multis alijs Sacris Canonibus ſæpè videtur. Similiter in libris digeſtorum, & Codicis frequenter afferuntur, & allegantur verſus Poëtarum, vt *in l. aut facta §. fin. ff. de pæn. vbi Homerus* memoratur, & *in l. non facile §. affines ibi: viri ſoror ff. de gradib. & in l. 1.*

§. *ſed an. ff. de contrah. empt.& vend.* vbi ter fit mentio de verſibus Homeri, ſic & de eodem Homero habetur mentio *in Inſtitutionibus tit. de contrah.empt.§.Item pratium cum §.ſeq.*Ità quoque per Iureconſultos ſæpè de Virgilio fit mentio,vt habetur *in l.in tantum in fin.ff.de rer.diuiſ.* illis verbis: *teſtis in èa re eſt Virgilius,& in l.quæ extrinſecùs in princ.ff.de verb. oblig.* vbi aducuntur verba illa : *Arma, virumque cano, &c. vt in 6. Aeneid.*& in multis alijs locis adducuntur teſtimonia Poëtarum,& *Diuus Paulus Apoſtolus* Tuba Sacri Euangelij in *Epiſtola ad Titum,* affert illum verſic. *Poetæ Parmenidis*; nempè *Cretenſes ſemper mendaces, malæ Beſtiæ,& ventres pigri.* Habetur etiam *Act.17.& Exod:3.& 11.*quæ omnia affert *Gloſ.in c.legimus §.ſed e contra 37. diſt.* & Fuſiùs eadem *Gloſ. in c. Turbat acumen in verb.indidiſſet ead.37.diſt.* Tanta authoritas Poëtarum prouenit certè ex illa ratione aducta per*tex.in d.c.legimus §.denique,*quia omnis modus Poëticę locutionis plerumque à diuinis ſcripturis ſumpſit,exordium;à quibus tamen fictione ſua receſſit. Vnde Pſalterium Dauidis,Dicta Salomonis,& Eſaiæ,Iob. & alia Sacræ Scripturæ teſtimonia Hexametris, & Pentametris verſibus, apud Hæbreos, compoſita inueniuntur, vt teſtatur *Ioſeph Antiquit; Iudaicarum. Origen. & Alij.* Et ex hoc capite etiam magna Muſicæ laus reſultat,quia Poeſis pars Muſices eſt, vt teſtatur Polidorus Virgilius *lib. 1. de inuentorib rer.cap.14.in fin.& dixi ego in p.1.c.4.in fin.*

Finis Tertiæ Partis.

Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS QVARTA.

De Præſtantia Muſicæ ex vtilitate.

CAPVT PRIMVM.

Vbi, quod Muſica omnes artes coadiuuat.

VTilitas ex Muſica reſultans, materiam in præſenti miniſtrat patefaciendi Muſicæ præſtantiam, quia licet omnia ſubijciantur legibus, ita quod etiam Princeps, qui ſolutus dicitur legibus, ſecundum leges viuere debet, *vt habetur in l. Digna vox C. de legibus*, tamen omnia parent vtilitati etiam leges, vt inquit Valer. Maxim. *lib. 3. tit. de Fiducia ſui cap. ſicut*, ibi: *legem vtilitati cedere coegit*. Plato enim *tit. de legib.* aſſerit, quod Muſica magnam præſtat vtilitatem omnibus artibus, tàm liberalibus, quam Mechanicis, quia ipſa amplectitur, omnes, & omnes in ſe comprehendit.

Grammatica ſiquidem, (vt Muſicè, diſtinctè, ac ordinatè progredia-

diamur, quia vbi, non eſt ordo, ibi confuſio eſt, vt dicit *gloſ.in* §.*inordinatum verò ver.confuſum Auth.de hæred.& falcid.collat.*1.) magnam recipit vtilitatem in regulis opportunè collatis, & ex benè diſpoſito ipſarum ordine, ex quo harmonia quædam reſultat. Quod ſi Grammaticus ab ipſo ordine, & à regulis diſcederet, diſcordem vtique tribueret audientium auribus ſonum.

Dialectica non mediocrem ſentit vtilitatem ex Muſica, quia,ab ordine, & diſpoſitione Syllogiſmi, cognoſcit verum à falſo, ad inſtar Muſicæ, quæ à tuba vocis, cognoſcit veram conſonantiam à falſis.

Rethorica ſeù oratoria ars, per Muſicam complectitur, & ex illa maxima vtilitas illi prouenit, quia præcipua oratoriæ artis pars,eſt tonus vocis. Vndè orator vtens accentibus, & proportionato tono vocis mirabilem facit effectum,& maximam tribuit Auditoribus delectationem, vt ait *Demoſthenes*. Quod Caij Gracchi viri eloquentiſſimi exemplo probatur, qui quotieſcunque coram Populo loquuturus erat, vtebatur quodam ſuo ſeruo, qui tympano eburneo dabat ei abſcondite vocis tonum pronunciandi verba,vt tradit Cicer.de Orat. *lib.*3. *&* Valer. Maxim. *Dict. & fact.lib.*8.*c.*10. & Quintilian.*lib.*2.*c.*10. & Plutarch. *in Caio Graccho* ait, quòd cum impetu Orationis ſæpè extrà ſe raperetur, & voce vteretur aſperiore vſus eſt quodam famulo Licinnio, qui Phonaſtico inſtrumento voci eius moderaretur. Phonaſchus enim, vt idem ait, dicitur vociferarius vocalis, artifex, edomator, & moderator vocis; mollit autem artherias, vt vox commodè attolli poſſit. Quod Sueton. *in Auguſto, & Nerone cap.* 26. probat dicens, quod Nero nihil ſeriò, vel ioco agebat, niſi aſtante Phonaſcho, qui moueret, parceret arteriis, ac ſudarium ad os applicaret. Et Auguſtus etiam aſſiduè Phonaſco operam dabat. Et quotidiè nos experimur, quoſdam oratores eſſe omninò hominibus exoſos, licet alias doctos exiſtimatos; non ex alio, quàm ex ingrato tono vocis, quo vtuntur; ſemper eodem modo verba pronunciantes; quod fortè non ſuccederet, ſi tonum vocis, ſecundum opportunitatem, mutarent; poſſet enim eſſe, vt ſi ſatisfactionem non darent,ſaltem non diſplicerent.

Poeſis nonnè ex Muſica vtilitatem recipit? certè ſic;ſi enim ab ipſa auferatur concentus, & numerus pedum, nulla erit differentia inter ipſam, & ſolutum ſermonem domeſticum, ac popularem. Vndè carmen bonum, & perfectum, dicitur ſonorum. Quod confirmatur *à Platone in Gorgia* dicente; *Poeſis ſinè Muſica, eſt tanquam corpus ab anima ſeparatum*; ideoque poeſis appellatur cantus.

Arythmetica, & Geometria non parum à Muſica coadiuuantur,& vtilita-

litatem, non mediocrem recipiunt, niſi enim Arythmeticus, & Geometra cognitionem quamdam Muſicæ habeant,non poſſent quidem rectè, proportionatè, rationabiliter, ac cum diſpoſitione menſurare plantas, ædificare moles,diſponere ædificia. Et in Theatris collocare vaſa, & diſtribuere ſtatuas cum Symmetria, vt ait Vitruuius *de Archi-tect.lib.1.cap.1.*

Aſtronomia non eſt aliena à Muſicæ vtilitate, quia niſi illa fundamentis harmonicis, ac Muſicis proportionibus, ab iſta coadiuuaretur, neſciret prorſus bonos, ac reos Planetarum influxus, & Aſtrorum qualitates, ac reuolutiones.

Philoſophia quoque per Muſicam compræhenditur, quia eius diſcurſus, eſt reddere rationem rerum à natura productarum, cum ordine, & ſymmetria quadam, in numero, pondere, & menſura conſiſtente.

Medicina per ipſam Muſicam complectitur, & valdè coadiuuatur, quia niſi Medicus habeat talem, qualem ipſius cognitionem, non poteſt in medicamentis componendis, cum recto ordine, benè, ac proportionatè diſponere, & applicare calida frigidis, & frigida calidis; Neque ægrotorum complexiones cognoſcere ex quatuor humoribus valet; ac Pulſuum percuſſiones benè obſeruare,quos ſecundum ordinem Muſicorum numerorum Doctiſſimus *Herophilus* Magnus Phyloſophus, & Medicus optimè diſpoſuit. Cum ex celeri,vel tarda percuſſione, ad inſtar grauis, vel acuti temporis Muſicæ, vulgò *battute*, ſiuè maioris, vel minoris proportionis, ſeù triplæ, ſtatus febris optimè dignoſcatur, vt per *Galenum*,& alios obſeruatur.

Omnes Artes Mechanicæ, ſiuè aliæ omnes, tàm proprium nomen ſortitæ, quàm cæteræ innominatæ, quæ ad ipſas ſeptem, per Ariſtotelem reducuntur, non paruam ex Muſica vtilitatem recipiunt, cum in illis ſeſe exercentes, niſi per ipſam coadiuuarentur, duplicatum certè laborem ſentirent. Ideò ferè omnes artifices, & operarij illam exercent, nam laborando, ſæpè cantant, ad labores minuendos,& alleuiandos. Quod quidem *teſtatur* Ouid. 4. *triſtium eleg.* 1. illis verſibus.

Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor
Indocili numero, cum graue mollit opus,
Cantat, & innitens limoſæ pronus arenæ.
Aduerſo tandem, qui trahit Amne ratem
Quique refert pariter lentos ad pectora Remos
In numerum pulſa bracchia verſat aqua
Feſſus, vt incumbit baculo, ſaxoque reſedit.

Paſtor,

Paſtor, arundineo carmine mulcet oues
Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis
Fallitur Ancillæ, decipiturque labor.
Fertur, & abducta lyrneſide triſtis Achillis
Hæmonia curas attenuaſſe lyra
Cum traheret ſyluas Orpheus, & dura canendo
Saxa bis amiſſa, coniuge mæſtus erat; &c.

Experientia etiam, quæ rerum magiſtra dicitur, per textum *in cap. quam ſit de elect. in 6. in princ. & in l. legatis §. ornatricib. ff. de legat. 3.* docet, quod in omnibus ferè operibus conſolatio quædam recipitur ab hominibus defatigatis, per rudem eorundem modulationem. Sic Remiges cantus hortatur; ſic Aratores, Aurigæ; Muliones; incitantur, & ſingulorum fatigatio, rudi modulatione reficitur. Innuit quoque *Virgilius Ecl. 1.*

Sæpè leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes
Nec gemete aeria ceſſabit turtur ab vlmo

Nec ſolummodò homines in laboribus Muſicam exercendo ſolatium inueniunt, verum etiam, & animalia irrationabilia, nam muli, & equi in ſarcinis vehendis tintinnabulorum ſonitu, valdè iuuantur, quia expertum eſt, ipſos delectari ſonitu; vndè muliones, ad illorum colla multa tintinnabula alligare ſolent, vt faciliùs labores perferant, vt inquit Polidor. Virgil. *lib. 1. c. 14. de inuent. rer.*

Eſt inſuper Muſica omnibus *Chriſti fidelibus* valdè vtilis, quia in ea eſt quædam fælicitas, vt inquit D. Hilarius Pictauienſ. Epiſc. *in expoſit. Pſalm. 65.* coadiuuat namque orationem, quia eſt facultas, quæ ratione conſiderat differentiam, quæ inter grauem, & acutum inuenitur, vt inquit Boet. *lib. 5. de Muſic. c. 1.* ibi: *Muſica eſt facultas differentias acutorum, & grauium ſonorum ſenſu, ac ratione perpendens*; quia tunc erit perfecta oratio, quando deuotus orans conſiderabit humilitatem ſuam, & ſublimitatem Dei: grauitatem culpæ, & acumen meriti.

Inter Muſicam, & orationem eſt quædam ſymboleitas, ſiuè ſimilitudo, nam oratio, ſecundum Diu. Aug. *lib. 10. de confeſ. cap. 33.* eſt piæ mentis affectus directus in Deum, propterea per Muſicam coadiuuatur. Probatur, nam valdè vtile eſt orationi adiungere vocem, quæ vt ſignum exteriùs excitat deuotionem interiorem; quia ſicut particulari dono vox data eſt homini à Deo, ità etiam ipſa particulari modo concurrere debet ad laudem eiuſdem Dei; & veluti mota ab affectu cordis, conueniens eſt, vt aſſociet cor in oratione, & cuſtodiat

men-

Digitized by Google

mentem, ne aliò vagetur. Hinc Card. de Turrecrem. *in can. cantantes 92. diſt. num. 3.* ait; adiungi debere orationi vocem, propter quatuor. Primò ad excitandam interiorem deuotionem, qua mens hominis eleuatur in Deum; per exteriora enim ſigna, ſiuè vocum, ſiuè factorum aliquorum mouetur mens hominis, & ſecundum intellectum, & ſecundum affectum, & excitatur in Nobis attentio ad id, quod petimus, & deuotio inflammatur. Secundo ad redditionem debiti, vt homo Deo ſeruiat, ſecundum totum id, quod ex eo habet, ideſt non ſolum mente, ſed etiam corpore. Tertio, quod ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, vox ſequitur, quia motus ſuperiorum virium, ſi ſit fortis, etiam ad inferiores redundat: Vndè *in Pſal. 15.* dicitur *lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea*. Quarto, vt vox intentionem cuſtodiat, ne euagetur. Oratio enim debet fieri cum gaudio, & lætitia, vt docet Diu. Paulus *ad Philippenſ. c. 4.* illis verbis: *Gaudete in Domino ſemper: iterum dico gaudete; nihil ſolliciti ſitis, ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione; petitiones veſtræ innoteſcant apud Dominum.*

Nec obſtat, quod non ſemper à Chriſtianis orantibus exerceatur cantus, vel ſonus; ſufficit enim, vt aliquando à Muſicis fiat, & ab illis deuotè attendatur. Cantus ſiquidem coadiuuat illos, qui orant, non impedit; & ideò ritè, & rectè in Eccleſijs adhibetur, quia à Muſicis hodiernis talis exercetur modus, vt meritò de his dici potuerit, ſicut habetur in *can. Cleros, & can. Clericos* §. *Pontifex in med. 21. diſt. Iſti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium.* Et audientes dicere poſſunt cum Diu. Aug. *lib. 10. confeſ. c. 33.* ibi: *cum ſuaui, & artificioſa voce cantatur, fateor aliquantulum acquieſco, non quidem, vt hæream, ſed vt ſurgam, cum volo*,

Nec obſtat, quod Diuus Hieronym. in *c. 1. 92. diſt.* ait: *Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino: audiant hæc adoleſcentuli: audiant ij, quibus pſallendi officium eſt, Deo non voce, ſed corde cantandum*.

Reſpondetur enim, quod hic non reprobatur ſimpliciter cantus, ſed ille, qui abſque deuotione fit, & ad oſtentationem tantum, ac delectationem, *vt in eodem textu habetur.*

Effectus autem cantus deuoti, eſt magis prouocare animum infirmum ad deuotionem, de quo expreſsè Diu. Aug. vbi ſup. ait: *Adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis aſſurgat.*

Muſica ſiquidem inuenta, & introducta fuit primariò ad canendas laudes Dei, qui creauit Cælum, & Terram; regit, & gubernat omnia; ſecundariò verò ad recreandos animos, atque à faſtidioſis curis

leuandos; vt innuere videtur Plutarchus in *lib. de Muſic. in princip.* ibi: *Pium eſt, ac præcipuum hominum hoc ſtudium, laudes canere Deorum, qui ſoli ipſis articulatam vocem ſunt largiti, &c. & in lib. de ſuperſtition.* per illa verba: *Muſica concinnitatis opifex hominibus à Dijs data fuit, non luxus gratia, & pruritus aurium, ſed, vt animi circuitiones turbulentæ, & vagæ, in ordinem eius opera redigi poſſint. Et in eod. lib. de Muſic. num. 35.* melius concludit, inquiens: *Re enim vera primum hoc Muſicæ eſt pulcherrimum officium grata aduerſus Deos renumeratio. Proximum animæ pura, & concinna, ſibique conueniens conſtitutio.*

Hac ratione ductus Diuus Thom. *in 2. 2. q. 91. art. 2. in corp.* ait, quod Cantus in Eccleſia Dei ſalubriter fit ad deuotionem excitandam. Et idem intendiſſe videtur Concil. Trid. *ſeſſ. 28. cap. 18. de reform.* vbi præcipit erectionem Seminarij, in quo vult expreſsè, vt introducatur Cantus, ſeù Muſicæ ſcientia. Quod expreſsè ex Sacra Scriptura demonſtrat Rodericus Caſtellanus *lib. 2. ſpecul. c. 15.* vbi ait, quod Eſaias præcipiebat modernis Dei Miniſtris, ſupra cuncta, quæ in Eccleſia Dei geri deberent, vt benè cantarent, inquiens: *Tu autem benè canta, frequenta canticum.* Cum enim ſecundum Dauid. *Pſalm.* 146. nemo dubitare debet quantum Deo Noſtro ſit iucunda, decoraque laudatio; euidenter patet ex eo, quod Deus ipſe præcepit Moyſi pro ſpeciali quadam excellentia, dicens: *Elige ad iudicandum Populum Viros, qui oderunt auaritiam: Tu autem inſiſte in his, quæ ad Deum ſunt, vt laudes, & ceremonias offeras Deo tuo, &c.* Et iterum Scriptura ait:

Vociferabunt leuitæ, & ego exaudiam eos.

Neque inſuper obſtat, ſi aliquando audientes cantum, diſtrahantur ad aliquam delectationem, & non extollantur mente ad Deum?

Nam reſpondetur, hoc accidentaliter euenire, & ideo non habetur in conſideratione; quia ſufficit à principio accedere recta intentione laudandi Deum, licet poſteà mens alienetur. Et ideò non peccant mortaliter, niſi data opera hoc faciant, vt inquit Gloſſ. in Clement. 1. *de celebr. Miſſar. verb fructum labiorum, & Sanch. in Opuſc. lib. 7. c. 2. dub. 28. nu. 6. &* 10. *Ideò Cardin. de Turrecr. in c. cantantes 92. diſt. ſub num.* 5. *verſ. ſecundò verò modo,* inquit. Quod attentio continuè concomitetur actualiter orationem, non eſt neceſſarium, tùm quia nec hoc requiritur in quibuſcunque alijs operibus bonis; ſicut non oportet, quòd ille, qui peregrinatur, ſemper de itinere cogitet: ſed ſufficit, quòd maneat vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, cum intentione aliquid operandi, impetrandi, vel Deo debitum obſequium reddendi; etiam ſi in progreſſu orationis ad alia rapiatur, niſi tanta ſit euagatio mentis, quòd omninò depereat vis primæ intentionis.

Digitized by Google

nis. Hoc idem confirmatur per Gerſon. *3.p.tract. de vita Spiritual. lection.4. Corrolar. 2. Nauar.lib.2.de reſtit.c.2 nu.234. Durand.1. diſt.15.q.12.* Quæ prima intentio virtualis ſufficit, etiam pro conficiendis Sacramentis, vt tenent communiter DD.

Si tamen accederetur ad Muſicam audiendam propter delectationem tantum, peccaretur, ratione finis, vt dicitur à Diuo Aguſt. *lib. 10.de Confeſſion. cap.33.* ibi: *Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res, quæ canitur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor; & tunc mallem non audire cantantem.*

Nec peccant Cantores, & Muſici, ſi non habeant animum prouocandi alios ad illicitam delectationem. Idem Cardinal.de Turrecremat. *in c.in ſancta diſt.92. n.7.* illis verbis: *Quid ſi vox cantorum Populum delectet, & ad voluptatem excitet, non dato ſtudio? reſpondetur, quod non peccant in hoc Cantores; nec eſt, quod ſibi debeat imputari, argumento cap. de occidendis 23. q.5.*

Et ideò ſi accidentaliter muſici diſtrahantur à recto fine cantandi, & à ſenſu verborum, non peccant, veluti nec audientes, vt ſupra probauimus; ſufficit enim, vt ſciant tàm primi, quàm ſecundi, qua ratione ibi cantatur. ità Diuus Thom. *2.2. q.91.art.5.ad 5.* illis verbis: *Quod per cantum, quò quis ſtudiosè ad delectandum vtitur, abſtrahitur animus à conſideratione eorum, quæ cantantur;* ſed ſi aliquis cantet, propter deuotionem, attentiùs conſiderat, quæ dicuntur: tùm quia diutius moratur ſuper eodem: tum quia, vt ait Diuus Aguſt. *in 10. de confeſſ.* omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſua diuerſitate habent proprios modos in voce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et eadem quoque eſt ratio de audientibus; in quibus, etſi aliquando non intelligant, quæ cantantur: intelligunt tamen, propter quid cantantur; ſcilicet ad laudem Dei.

Eſt equidem adeò vtilis Muſica, propter dulciſſimam harmoniam, quæ oritur ex diſparibus vocibus acutis, & grauibus, vt ſufficiens ſit animum leuandi ab omni confuſione, & moleſtia. Vndè hac ratione ducti Pythagorici laboribus laxi vtebantur quibuſdam cantilenis ad conciliandum ſomnum, & quietem; & expergefacti pariter alias quaſdam cantilenas adhibebant, ad auferendum ſtuporem, & confuſionem ſomni, vt refert Boëtius *lib.1.de Muſic. c. 1.* ibi: *In tantum verò priſcæ phyloſophiæ ſtudijs vis Muſicæ artis innotuit, vt Pythagorici, cum diurnas in ſomno reuoluerent curas quibuſdam cantilenis vterentur, vt eis lenis, & quietus ſopor irreperet: itaque experrecti alijs quibuſdam modis ſtupore ſomni, confuſionemque purgabant; Id nimirum ſcientes, quod tota noſtræ animæ, corporiſque compago Muſica coniuncta ſit.*

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Vbi Muſicæ vtilitas oſtenditur ex contrario ſenſu legis.

IN proximo præcedenti capite conatus ſum oſtendere Muſicæ vtilitatem ex diuerſis rationibus, & authoritatibus; in præſenti tandem pro coronide huius quartæ partis, conabor ex alio, patefacere ipſius vtilitatem, ex permiſſione, ſcilicet Eccleſię, quam de Eunuchis facit. Argumentum ſumo ex contrario ſenſu, quod in Iure fortiſſimum eſt, vt *in l.1.§.huius rei, ff.de offic.eius, cui mandat. eſt iuris d.l.qui teſtamento 2. §. mulier.ff.de teſtam, cap.cum Apoſtolica in fin. de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. capit. & cap. cum virum de regularib. cum infinitis* alijs ſimilibus: Cum enim Eccleſia, & Summi Pontifices, contrà diſpoſitionem legum Ciuilium, permittant pueros caſtrari, pro conſeruanda voce, ad hoc, vt Muſicam perfectiùs, & maiori cum delectatione exerceant; ideò coniectura, de ipſius vtilitate, non eſt mediocris, & ordinaria, ex *text. in l. continuus §. cum ità in fin. ff. de verb. oblig.* Ius enim Ciuile grauiter, & ſeuerè punit caſtrantes pueros, & omnes complices talis rei, tanquam enormiſſimum crimen committentes, vt habetur *in l. lege Cornelia ff. ad legem Cornel. de Sicar,* vbi *Iureconſultus Vlpianus* per hæc verba loquitur: *lege Cornelia de Sicarijs tenetur, qui cum in magiſtratu eſſet, eorum, quid fecerit, contrà hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit, cum quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Ignatij Taurini Proconſulis Beticæ à Diuo Adriano, quod eum, in quinquennium relegaſſet. Diu. Adrianus reſcripſit. Conſtitutum quidem eſt, ne ſpadones fierent. Eos autem, qui hoc crimine arguerentur, legis Corneliæ pæna teneri; eorum quoque bona meritò fiſco meo vindicari debere; ſed & in ſeruos, qui ſpadones fecerint, vltimo ſupplicio animaduertendum eſſe. Et qui hoc crimine tenentur, ſi non adfuerint, de abſentibus quoque, tanquam lege Cornelia teneantur pronunciandum eſſe.*

Adeſt etiam alia conſtitutio *Imperatoris Leonis ſub tit. Qua pæna Caſtratores offici debeant, quæ eſt* 60. *in lib. edictorum Iuſtiniani Imperatoris in Authentic.* vbi in principio illius, hæc notantur verba: *Virtutis ad procreandum à Deo naturæ inditæ exectio non minore cum audacia identidem committitur, quam ſi apud Deum nulli pænæ obnoxia eſſet, cum tamen, vel maxima ſit, &c.*

Digitized by Google

&c. Subdit poſteà Imperator conſiderans fortaſſe malitiam, & peruerſitatem eorum, qui caſtratos faciunt; *Vt quamquam veteribus legislatoribus curæ fuerit, vt id malum vltrice lege excideretur; haud ſcio, tamen, cum ſi cui alij, huic certè præſcripto obtemperari, atque à naturæ mutilatione abſtinere, æquum ſit; quamobrem non ità faciant homines, ſed tanquam vtilitatem quamdam iſtius modi aduerſus generandi vim inſidias reputantes, membra, quæ homini naſcendi cauſam ſuppeditant, lancinent, & creaturam aliam, quam qualis conditori ſapientiæ placuerit, in Mundum introducere contendant, &c.*

Subdit deindè qua pæna vlciſcebatur factum huiuſmodi caſtrandi pueros ab antiquis legibus, inquiens: *Hoc igitur cum inultum relinquendum non putemus, lege in id pænam conſtituentes, quibus adeò Diuinam creaturam deformare religio non eſt, eorum audaciam, auxiliante Deo, reprimere conemur, ac ſuperiorum quidem legislatorum decretum, eos, qui auderent, ad eamdem mutilationem, quam alijs intulerint, adigit; quodque ipſi in alijs videre deſiderarint; id, vt itidem in ſe videant, conficit, &c.*

Imò ad extirpandam, & penitus abolendam iſtam prauam conſuetudinem, & hominum audaciam caſtrandi pueros, idem Imperator ſtatuit pænam contrà caſtrantem, contrà caſtratum, & contrà procurantem, ſeù caſtrari permittentem; ità ſubdens: *Nos verò de re illa ſententiam pronunciantes, naturæ inſidiatores ſimili mutilatione viciſſim mutilari prohibemus.* (Hoc autem ego Imperatorem feciſſe exiſtimo, quia conſiderauit inconuenientia, quæ in Republica reſultabant ex pæna talionis inducta ex lege duodecim tabularum, vt *in §. pæna autem Inſtit. de iniurijs.*)

Alijs autem iſti crimini conſtitutis pænis; *tametſi, hic etiam ad clementiorem ſententiam reſpiciamus ſubiacere ipſos non diſplacet. Sancimus itaque, vt qui deteſtandæ huius artis artificem ad caſtrandum aduocarit, ſi in albo Imperatorij famulatus ſit, primùm albo eximatur, ac deinde decem auri libris in Fiſcum deferendis, mulctatus in decennium relegetur. Malæ verò illius artis artifex, & ipſe primùm flagris, cuteque tenus tontione deformetur, & deindè bonis priuatus eodem temporis ſpacio, patria exulet. Qui autem iniuriam ſubſtinuit, ſi ſeruilis conditionis ſit, reliquo vitæ ſuæ curriculo, ab illa libererit: ſin liberæ, tanquam ipſe, qui iniuriam admiſit, eius ſibi author ſit, quod paſſus eſt, ſuo conſenſui acceptum feret. Cæterum ſi qui exectionem ſubſtinuit, ea illi, vt ſæpè fit, remedium attulerit, nihil, neque Nobis, neque legi aduerſari videtur. Id enim naturãm non mutilare, ſed illi ſuccurrere eſt.*

Hinc aduertere neceſſe eſt, quàm ſeuerè leges Ciuiles hoc delictum caſtrandi pueros puniant; & quam enorme crimen exiſtiment. Vndè autem hoc procedat, & ratio huius, reor ego, quod ſit ex eo. (vltra rationes ibidem poſitas), quia fit contrà præceptum Dei, qui Geneſ.

cap. 1.

CAPVT SECVNDVM.

Vbi Muſicæ vtilitas oſtenditur ex contrario ſenſu legis.

IN proximo præcedenti capite conatus ſum oſtendere Muſicæ vtilitatem ex diuerſis rationibus, & authoritatibus; in præſenti tandem pro coronide huius quartæ partis, conabor ex alio, patefacere ipſius vtilitatem, ex permiſſione, ſcilicet Eccleſię, quam de Eunuchis facit. Argumentum ſumo ex contrario ſenſu, quod in Iure fortiſſimum eſt, vt *in l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuris d. l. qui teſtamento 2. §. mulier. ff. de teſtam, cap. cum Apoſtolica in fin. de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. capit. & cap. cum virum de regularib. cum infinitis* alijs ſimilibus: Cum enim Eccleſia, & Summi Pontifices, contrà diſpoſitionem legum Ciuilium, permittant pueros caſtrari, pro conſeruanda voce, ad hoc, vt Muſicam perfectiùs, & maiori cum delectatione exerceant; ideò coniectura, de ipſius vtilitate, non eſt mediocris, & ordinaria, ex *text. in l. continuus §. cum ità in fin. ff. de verb. oblig.* Ius enim Ciuile grauiter, & ſeuerè punit caſtrantes pueros, & omnes complices talis rei, tanquam enormiſſimum crimen committentes, vt habetur *in l. lege Cornelia ff. ad legem Cornel. de Sicar,* vbi *Iureconſultus Vlpianus* per hæc verba loquitur: *lege Cornelia de Sicarijs tenetur, qui cum in magiſtratu eſſet, eorum, quid fecerit, contrà hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit, cum quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Ignatij Taurini Proconſulis Beticæ à Diuo Adriano, quod eum, in quinquennium relegaſſet. Diu. Adrianus reſcripſit. Conſtitutum quidem eſt, ne ſpadones fierent. Eos autem, qui hoc crimine arguerentur, legis Corneliæ pœna teneri; eorum quoque bona meritò fiſco meo vindicari debere; ſed & in ſeruos, qui ſpadones fecerint, vltimo ſupplicio animaduertendum eſſe. Et qui hoc crimine tenentur, ſi non adfuerint, de abſentibus quoque, tanquam lege Cornelia teneantur pronunciandum eſſe.*

Adeſt etiam alia conſtitutio *Imperatoris Leonis ſub tit. Qua pœna Caſtratores offici debeant, quæ eſt 60. in lib. edictorum Iuſtiniani Imperatoris in Authentic.* vbi in principio illius, hæc notantur verba: *Virtutis ad procreandum à Deo naturæ inditæ exectio non minore cum audacia identidem committitur, quam ſi apud Deum nulli pœnæ obnoxia eſſet, cum tamen, vel maxima ſit, &c.*

&c. Subdit poſteà Imperator conſiderans fortaſſe malitiam, & peruerſitatem eorum, qui caſtratos faciunt; *Vt quamquam veteribus legislatoribus curæ fuerit, vt id malum vltrice lege excideretur; haud ſcio, tamen, cum ſe cui alij, huic certè præſcripto obtemperari, atque à naturæ mutilatione abſtinere æquum ſit; quamobrem non ità faciant homines, ſed tanquam vtilitatem quamdam iſtius modi aduerſus generandi vim inſidias reputantes, membra, quæ homini naſcendi cauſam ſuppeditant, lancinent, & creaturam aliam, quam qualis conditori Sapientiæ placuerit, in Mundum introducere contendant, &c.*

Subdit deindè qua pœna vlciſcebatur factum huiuſmodi caſtrandi pueros ab antiquis legibus, inquiens: *Hoc igitur cum inultum relinquendum non putemus, lege in id pœnam conſtituentes, quibus adeò Diuinam creaturam deformare religio non eſt, eorum audaciam, auxiliante Deo, reprimere conemur, ac ſuperiorum quidem legislatorum decretum, eos, qui auderent, ad eamdem mutilationem, quam alijs intulerint, adigit; quodque ipſi in alijs videre deſiderarint; id, vt itidem in ſe videant, conficit, &c.*

Imò ad extirpandam, & penitus abolendam iſtam prauam conſuetudinem, & hominum audaciam caſtrandi pueros, idem Imperator ſtatuit pœnam contrà caſtrantem, contrà caſtratum, & contrà procurantem, ſeù caſtrari permittentem; ità ſubdens: *Nos verò de re illa ſententiam pronunciantes, naturæ inſidiatores ſimili mutilatione viciſſim mutilari prohibemus.* (Hoc autem ego Imperatorem feciſſe exiſtimo, quia conſiderauit inconuenientia, quæ in Republica reſultabant ex pœna talionis inducta ex lege duodecim tabularum, vt *in §. pœna autem Inſtit. de iniurijs.*)

Alijs autem iſti crimini conſtitutis pœnis; *tametſi, hic etiam ad clementiorem ſententiam reſpiciamus ſubiacere ipſos non diſplacet. Sancimus itaque, vt qui deteſtandæ huius artis artifices ad caſtrandum aduocarit, ſi in albo Imperatorij famulatus ſit, primùm albo eximatur, ac deinde decem auri libris in Fiſcum deferendis, mulctatus in decennium relegetur. Malæ verò illius artis artifex, & ipſe primùm flagris, cuteque tenus tontione deformetur, & deindè bonis priuatus eodem temporis ſpacio, patria exulet. Qui autem iniuriam ſubſtinuit, ſi ſeruilis conditionis ſit, reliquo vitæ ſuæ curriculo, ab illa libererit: ſin liberæ, tanquam ipſe, qui iniuriam admiſit, eius ſibi author ſit, quod paſſus eſt, ſuo conſenſui acceptum feret. Cæterum ſi qui exectionem ſubſtinuit, ea illi, vt ſæpè fit, remedium attulerit, nihil, neque Nobis, neque legi aduerſari videtur. Id enim naturām non mutilare, ſed illi ſuccurrere eſt.*

Hinc aduertere neceſſe eſt, quàm ſeuerè leges Ciuiles hoc delictum caſtrandi pueros puniant; & quam enorme crimen exiſtiment. Vndè autem hoc procedat, & ratio huius, reor ego, quod ſit ex eo. (vltra rationes ibidem poſitas), quia ſit contrà præceptum Dei, qui Geneſ.

cap. 1.

*cap.*1. 8. *&* 9. præcepit multiplicationem humani generis, inquiens: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*;quare dum caſtrantur homines inutiles redduntur ad generationem, contrà finem à Deo intentum, & ideò leges hoc prohibent. Et non ſolum per leges Ciuiles; verum etiam per Ius Canonicum prohibetur caſtratio, nam *in capſi quis, & cap. hi qui ſe diſt.*55. *& per Conc. Nicen.*1.*can.*1.*Concil.Arelaten*.2. *cap.*7. *& Conc. quod dicitur Apoſtolorum c.*22. decernitur, quod caſtrans ſe ſpontè, fieri non poteſt Clericus, & per idem Conc. Apoſtolorum *c.*23. *& Nicen.ibidem* habetur, quod ſi eſt Clericus, eijciatur à Clero, ſi verò Laicus, per tres annos excomunicetur. Conc. Apoſtolorum *cap.* 24.

Sunt tamen aliquando Eunuchi, ſeù Caſtrati, qui non fiunt aliqua arte; ſed naſcuntur tales, abſque genitalibus. Et ſimiliter ſunt Spadones, quibus auferuntur genitalia, propter infirmitates, vt *in l. Spadonum ff. de verbor.ſignific.& text.*§.*ſed, & illud Inſtitut. de adoption. & vt inquit Diuus Ioan Chriſoſt homel.*63 *in Euangel.Matthei.* ſub medio: *ſunt Eunuchi, qui ex ventre matris, ità nati ſunt; & ſunt, qui ab hominibus ità facti ſunt; & ſunt, qui ſeipſos caſtrauerunt, propter Regnum Cælorum.*

Eunuchi nomen deriuatur à Græca lingua à verbo εὐνὴ, ideſt cubile, & ἔχω, ideſt cuſtodio, quaſi cuſtodes cubilis,quia id hominum genus antiquitùs adhibebatur ſeruandis cubilibus Regum,vt *refert Cicero in Oration.* ibi: *Eunuchi è Syria, Aegiptoque, &c. & Iuuenal. Sat.* 12. *Qui ſe Eunuchum ipſe facit*.

Eunuchi, & Spadones matrimonium contrahere non poſſunt, & ſi de facto contrahunt, matrimonium illorum eſſet nullum, & inualidum per *Conſtitutionem Sixti V. quæ incipit: Cum frequenter, anno* 1587. Vide Sanchez de Matrim. *tom.*2.*lib.*7.*diſp.*92.*à nu.*14.15.16.*&* 17. *vbi latè.*

Conſolatur autem ipſos *Iſaias Propheta cap.* 56. inquiens: *Non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, &c.* Hoc autem me Iudice, erit fortaſſe intelligendum, ſi in ſecundo illo ſtatu diminuto, ſecundum Diu. Chriſoſtomum *vbi ſup*, Virginitatem,mente,& corpore ſeruent, quæ eſt adeò grata Deo, vt propterea concedat illis in Cælo aureolam, ſeù coronam in præmium virginitatis; ſicut cæteris Virginibus, vt oſtenditur Ioann.in Apocalyps. *c.*7. Eſt textus in *c. Paulus* §.1. *& ibi Gloſ in verb. ſuſcitare* 32. *qu.* 5. *& Gloſ. finalis in cap.cauſam de probationib.* Nam eſt adeò grata Deo Virginitas, vt meritò eius ſtatus plus præmietur, quàm ſtatus Viduarum, & coniugatorum, vt patet in Parabol. Euangel. Matthei 13. per fructum centeſimum, ſexageſimum; & trigeſimum, quia maior fructus centeſimus tribuitur virginibus,

vt pro-

Digitized by Google

vt probat Lucas de Penna *in l.quotiens, quæ eſt finalis C.de priuileg. Scolar. lib.12.*

Cæterum petet quis, quare ab Eunuchis conſeruetur vox ſubtilis, clara, & magis grata, quàm à cæteris hominibus habetur? Cui rationem reddit Ariſtoteles in Problem. *ſect.* 16. *ſic* inquiens. *Cur vocem reddunt acutam, qui expertes ſeminis ſunt, vt pueri, mulieres, decrepiti, Spadones: Grauem autem viri, qui firmiſſima ſunt ætate? an ea cauſa eſt, qua linea, cæteraque tenuia dimenſionem vnam dumtaxat ſortiuntur? Craſſa autem, plenaque plures obtinent: Itàque vox etiam tenuis vnam dimenſionem habuerit; vnum autem, & efficere, & mouere facilius eſt, quàm plura. Ergo cum prædicta illa Spiritum habeant imbecillem, non, niſi parum aeris moueri ab illo ſpiritu poteſt. Minimus autem eſt, qui dimenſione vnica conſtat, quem prædictis rationibus tenuem eſſe, vocemque talem ab eo perfici neceſſum eſt: vox autem acuta, quæ tenuis eſt. Igitur, qui prolifico illo ſemine carent, vocem hinc meritò reddunt acutiorem; Viri robuſti, quoniam ſpiritu valeant, multum aeris incitare queunt, quod cum multum ſit, lentè mouetur, vocemque efficit grauiorem.*

Quarè ex ſupradictis, & ex infrà dicendis, meritò concludendum erit, Cantores, ac Muſicos venerandos eſſe, vt inquit Atheneus *in lib.1.cap.7. de Cantorib. antiqu. Dilexere Deæ cantus, docuereque Muſæ, &* Chaſſan. *vbi ſup. p.* 10. *conſ.* 51. ait; in Muſica peritos, atque cantantes laudandos eſſe. Ratio eſt, quia, vt inquit Beroaldus *in oratione habita in enarrat. Horatij Flacc.* Muſica eſt adeò delectabilis, vt eius dulcedine cuncta viuentia capiantur; cuius origo cæleſtis memoratur; ipſiuſque ratione Mundum eſſe compoſitum Pythagorici aſcripſerunt.

Finis Quartæ Partis.

C A-

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS QVINTA.

De Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ex Neceſſitate ipſius.

CAPVT PRIMVM.

Vbi, quod Muſica eſt neceſſaria multis ſcientijs, ac ſtatibus Perſonarum.

AGgredior in præſenti aliud motiuum patefaciendi Muſicæ præſtantiam, & nobilitatem, ſcilicet ex neceſſitate ad bene eſſe, quam ferè omnes habent de illa; ex qua non mediocris laus, & nobilitas ipſi reſultat; *intelligenda tamen eſt propoſitio ſano modo in ſenſu methaphorico, non proprio, & in ſenſu remoto, non proximo*. Ducor autem hoc demoſtrare tali medio: nam, vt inquit *Clicthoueus in ſuo tract. nobilitatis in princ, c.* 1. Nobilitas alia dicitur generis, ſeù pro-

proſapiæ. Alia alteriùs rei excellentia, ſeù dignitas. Quarè hoc verbum: *Nobilis*: indifferenter ponitur, vel quando, quis opibus, vel genere, vel virtute aliqua claret, & cæteros antecellit, vel alia cauſa notus efficitur; vnde Virgilius inquit:

Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis. Nobilis, &c.

Et Martialis:

Proſtratum Nemeos, vaſtaque in valle Leonem
Nobilem, & Herculem, fama canebat opus

Et Aulus Gell. *in ſuis noctib. Acticis lib. 1. c. 8.* vocat nobilem. *Taidem* illam formoſam meretricem Corinthiam, quam cum libidinosè cognoſcere vellet Demoſthenes Philoſophus, & illa peteret decem millia nummorum, reicit, dicens nolle tanti emere vnum pænitere; ob elegans meretricium, nobile Scortum nuncupatum; & apud legiſtas, atque Canoniſtas nobilis nuncupatur, non ſolum, qui opibus, vel genere ſit clarus; ſed & qui virtutibus ſit inſignitus; imò, & capitur pro præeminentia quadam, quæ à Plebeis differre facit, vt *in textu, iuncta Gloſ. §. Plebiſcitum in verb. ſpecies in fin. Inſtit. de iur. nat gent. & §. interim verſic. vniuerſi nobiliores, & in §. final. verſ. conuenit enim Authenc. de defenſorib. Ciuitatum. collat. 3: & l. quæris verſic: Sanctiſſimus, & nobilis ff. de natalibus reſtituend. ac text. in cap. venerabilis de prabend. illis verbis: non generis, ſed virtutum nobilitas:*

Igitur non erubeſco Muſicam nobilem appellare ex capite neceſſitatis illius, quia conſidero neceſſitatem, ſecundum bonitatem operationum, vt inquit Bartolus *in l. 1. C. de dignitatib. lib.* 12. vbi diuidit nobilitatem in Theologicam, ſeù ſupernaturalem, in Naturalem; & in Politicam; quo in loco in ſecunda diuiſione, *& in tractatu de Falcone* dicit: videmus enim quoſdam Aues eiuſdem ſpeciei nobiles, & ignobiles. Exemplum in Falcone. Aliud dicitur gentilis, alius Peregrinus; & idem dicit Iacobinus de *Sancto Georgio in ſua inueſtitura feudal. col. 2. verſ. & cum venationibus.*

Hinc maxima Muſicæ laus, & præſtantia, cum reddat homines virtuoſos, & conſequenter nobiles, vt dictum eſt ſupra.

Eſt namque Muſica neceſſaria *Theologis*, non parum, vt perfectiores reddantur, vti benè oſtenditur per Diuum Aguſt. *lib. 2. de Doctrina Chriſtian. c. 16. & 37.* ex eo, quia Theologia, ad inſtar Mathematicæ in pleriſque, conſtat ex numeris. Multa enim ex numerorum inſcientia à multis non intelliguntur, quæ translatè, ac miſticè in Sacris Scripturis poſita ſunt. Numeri verò in Muſica inueniuntur, vt conſtat ex eod. Diuo Aguſtino *in lib. de Muſica*. Verba autem eiuſdem Sancti *in lib. 2. de Doctrin.* Chriſtian. ſunt hæc: *Ità multis alijs numerorum formis,*

quadam ſimilitudinem in libris Sanctis ſecreta pronuntur, quæ propter numerorum imperitiam legentibus clauſa ſunt. Non pauca etiam claudit, atque obtegit nonnullarum rerum Muſicarum ignorantia. Nam, & de Pſalterij, & Cytharæ differentia quidam ſcilicèt: Dauid *Pſalm.32.& 91.* (*non inconcinnè aliquas rerum figuras aperuit. & decem chordarum Pſalterium non importunè inter doctos quæritur, vtrum habeat aliquam Muſica legem, quæ ad tantum neruorum numerum cogat, &c.*

Iuriſperitis, ac legiſtis neceſſaria eſt, vt idem Diu. Auguſt. *dict.cap.16.* demonſtrat. Et Veteres Philoſophi leges ipſas, vt cum vocis dulcedine tenaciùs, ac libentiùs in animis hominum exciperentur, ad numerum decantari volebant; Teſte Ariſtotele *in Problemat.*

Medicis eſt neceſſaria ex rationibus ſupra *par.4.cap.1.* allatis, cum de vtilitate ſermo fuit *in verſic. Medicina per ipſum:* Imò ſapiens Pythagoras inſanientium impetum ebriorum, & effrenatas vino efferueſcentes, vires, non alia vi cenſuit retundendas, quam ſono, vt videre eſt apud Sanctum Baſil. *Homil. de leg. lib. Gent.* aliquanto poſt medium ibi: *Harmonia enim perſonante; quemadmodum Philoſophus imperauerat perciti furore, baccanteſque veſano impetu helluones, & ad omnem proiecti temeritatem, ſinè lege furentes mite induerunt ingenium humanitatis magiſtra melodia.* Hæc ille.

Principibus, & alijs *Gubernatoribus* Populorum eſt etiam neceſſaria; tum ad graues curas minuendas, tum etiam ad rectam iuſtitiam miniſtrandam. Cum enim ſit illis neceſſaria iuſtitia, & miſericordia; opus eſt aliquando, vt ex eorum cordibus ira auferatur, vt Clementiam exerceant; quod facile fit ipſa ſola Muſica, quæ animum mulcendo, iram tollit. Siquidem Senec. Moralis *in Octauian. act. 2.* dans præcepta benè gubernandi, ait: *Conſulere parcere afflictis, fera.*

Cæde abſtinere tempus, atque iræ dare,
Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo
Hæc ſumma virtus. Petitur hac Cælum via.

Ratio eſt, quia etiam in recta iuſtitiæ adminiſtratione animus imperantis affligitur, vnde *inquit* Ouid. *lib.1. de Pont. eleg.3. ad Maxim.*

Sed piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

Ideò Muſica eſt illis neceſſaria, ad reddendum animum dulcem, manſuetum, & pium, quia vt ait Boetius *lib.1. de Muſic. c.1.* & alibi tetigi; nihil eſt tam proprium humanitatis, quàm remitti dulcibus modis, adſtringique contrarijs.

Militibus eſt neceſſaria Muſica, quia reddit homines audaciores, vt oſtendit Plutarcus *in lib. de Muſic. & inſtitution. Laconic.* Et quod Muſica

exci-

excitet homines ad furorem aliquando ſub quadam menſura adhibita, quibuſdam circumſtantijs, vtendo, probat Cælius Rhodigin. *l.* 9. *Lection. Antiq. c.* 3. ſub init. vbi enumerans tria Muſicæ genera, nempè Phygium, lidium, & Dorium, inquit: *primum, hoc eſt Phrygium, pugnas excitat, & votum furoris inſtanimat, &c.*

Et Aelianus lib. 3. *cap.* 32. inquit, quod Alexander Magnus, & Hercules, qui propter eorum ſtrenuitatem, meritò appellati fuere duo belli fulmina, operam in Muſicæ ſtudio, florenti ætate collocarunt, & tantum profecerunt, vt modulatè cordas tangerent, & canerent artificiosè.

Et Achilles Magnus ille miles Muſicæ exercitium non prætermiſit, vt inquit Plutarcus *in lib. de Muſic. & Homer. Iliad.* 1. quia omnes iſti ſciebant, non parum conducere militari exercitio Muſicam opportunè, & debito modo adhibitam, vt infrà dicam, cum de effectibus loquar, vbi plura exempla afferuntur de victorijs Muſica obtentis. Imò Plutarcus *in lib. de Muſica* neceſſitatem Muſicæ militibus demoſtrare intendens, ait: *Porrò autem ex his planum fit priſcis gratis haud iniuria id præcipuè curæ fuiſſe, vt adoleſcentes Muſica diſciplina imbuerent*; Horum enim animos exiſtimabant Muſicæ opera fingi, atque concinnari ad decorum poſſe; quippè quòd Muſica, vt ad omnia, omnemque ſeriam actionem vtilis eſſet, ità in primis ad bellica pericula neceſſaria.

Poetis, atque Pictoribus eſt neceſſaria Muſica, quia, niſi cum illa repreſentarentur eorum carmina, & picturæ publicarentur, quaſi ſepulta, vel incognita remanerent. Fingunt enim ipſi, quæ volunt, & vera nunciant mendacia, vt oſtendit Horatius in Poetica inquiens: *Pictoribus, atque Poetis: Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

Quæ licet non ſint vera, ſunt tamen proxima veris, vt *Idem eod. loc.* ait:

Ficta voluptatis cauſa ſunt proxima veris.

Architectis eſt etiam neceſſaria, quia abſque Muſica, perfecti ipſi eſſe non poſſunt ad Baliſtarum, cataptultarum, & Scorpionum temperaturas. Hidraulicas quoque machinas efficere nullus Architectus poterit, ſinè Muſices rationibus, vt ait Vitruuius, *lib.* 1. *&* 9.

Negotiatoribus, Artificibus, & operarijs omnibus eſt neceſſaria ad hoc, vt à laboribus ſubleuentur, & diuertantur, atque à noxijs curis ex nimia applicatione oriri ſolitis diſtrahantur; qui propterea ex eiſdem met ſolis cantilenas quaſdam canunt, vt benè per Ouid. *lib.* 4. *triſt. eleg.* 1. & Ego ſupra retuli, cum de vtilit. *egi. p.* 4. *c.* 1.

Pueris eſt neceſſaria, vt ait *Plato in Dialog.* 7. *de legib.* vbi agit de educatione liberorum inquiens; *Diſciplina verò duplici vti conuenit, & corporis*

poris quidem, Gymnaſticam: animi, Muſicam curari. Et Ariſtoteles *in Politic.lib.8.c.3.* quatuor exiſtimat neceſſaria à pueris edocenda, inquiens: *Sunt autem ferè quatuor, quas diſcere iuuenes conſueuerunt, litteras, Gymnaſticam, Muſicam; addunt verò, & quartum quidam, figurandi peritiam*; Et poſt multa, quæ de Muſica tractauit, concludit tandem ſic, *in c.5.d.l.8. Ex his igitur patet, quod Muſica poteſt animi morem aliquem facere.* Quòd ſi hoc poteſt Muſica, clarum eſt, quod ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda, & in ea pueri ſunt inſtituendi. Congruit autem naturæ huiuſmodi diſciplina: nam pueri, propter ætatem, nihil ferunt ſpontè, quod non habeat in ſe iucunditatem; Muſica verò ex his eſt, quæ ſunt iucunda, ſecundum naturam; & videtur cognatio quædam eſſe nobiſcum harmonijs, & rhythmis; quapropter multi ſapientum dixere, alij quidem animam eſſe harmoniam; alij verò habere harmoniam.

Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis eſt quoque neceſſaria Muſica, ad hoc, vt eorum mentes eleuentur ad Deum; & alios ſimiliter inducant ad Deo gratias reddendum pro tot, tantiſque beneficiis exhibitis, & pro alijs, quæ in dies præſtat. Hinc eſt, quod ego exiſtimo, Sacri Concilij Tridentini Patres hanc conſiderationem habuiſſe, *cum ſeſſ.23.c.18.* decreuerunt, vt in Seminariis erigendis in Cathedralibus per Epiſcopos, doceretur in illis, Muſica, Grammatica, & computum Eccleſiaſticum, in illis verbis: *Grammatices, Cantus, computique Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcant*. Clerici enim benè canentes, vltra rationem ſupra poſitam, dum functiones Eccleſiaſticas exercent, ædificant, & lætificant Populum; etſi Diuina officia, & ſacra ſolemniter peragentes, abſque diſſonantia, & bona Muſica perficiunt, multorumque bonorum effectuum cauſa ſunt. Quod ſi è contrà, Muſicam ignorent, prouocant populum ad riſum, & deſpectum, & multis ſcandalis anſam præbent, atque de ipſis murmurandi, & malè ſentiendi oſtium aperiunt. Quarè his experientia cognitis, cum ego ipſe annis retrò elapſis eſſem Vicarius Apoſtolicus Sancti Marci; & ſimiliter Vicarius Generalis Sarſinæ; atque Mileti, Clericos ad Sacros ordines promoueri volentes nunquam ad examen admiſi, niſi cantu Gregoriano plano, ſeù firmo inſtructos per fidem Magiſtri Muſices cognoſcerem; Imò ad tollendas fraudes, permemetipſum examinabam. Quod cauſa fuit, vt multi ex illis Diæceſibus, non ſolùm in cantu Gregoriano Eccleſiaſtico non parum inſtruerentur; verum etiam in cantu figurato multum proficerent.

Perſonis Spiritualibus quibuſcunque eſt ſimiliter neceſſaria, quia dum ipſi aſſiſtunt Diuinis officijs, quæ ſolemni Muſica perſoluuntur per dulcem vocum harmoniam, & per diuerſorum inſtrumentorum con-

Digitized by Google

concordantiam, diſponuntur ad diſcurrendum intrà ſe, quàm dulciter exerceatur Muſica in Paradiſo à Cæleſtibus ſpiritibus, qui longè maioribus perfectionibus homines antecellunt; nam ſi creaturæ imperfectæ, tàm dulcem Muſicam faciunt, à fortiori, ſinè comparatione, dulcior erit illa Cæleſtis Patriæ. Et ſic velint, nolint, pertrahuntur ad contemplandum, an eorum opera ſint concordantia ad illam vitam promerendam; quo modo ſuæ cogitationes concordent cum præceptis naturæ, & an ſui affectus ſubiiciantur legi Dei, an ſenſus obediat rationi. Et ſi cognoſcant in ſeipſis diſſonantiam, quæ impedire poſſit fruitionem illius dulciſſimæ harmoniæ cæleſtis, facilè erit ſe corrigere, ne impedimentum præſtent. Hinc eſt, quod dum Chorus vtitur ſtylo flebili, & ex illo tranſit in lætum; poterit tunc deuotus aſſiſtens in ſeipſo recollectus dolere ſuorum peccatorum, quæ perpetuam triſtitiam, ac diſſonantiam pariunt; & ſperare in Domino, qui pro ſua miſericordia illum conſolabitur, & lætificabit in Paradiſo, gratiam faciens, poſſe frui dulci, & ſuaui Cæleſti Muſica. Quod ad vnguem videtur innuiſſe Senecam *in lib. Epiſtolar. de liberalibus artib. Ep.* 89. vbi demoſtrare volens, quod omnes artes liberales præparant animum ad virtutem; inter alia, de Muſica diſcurrit per hæc formalia verba: *Ad Muſicam tranſeo, doces me, quomodo inter ſe acutæ, & graues voces conſonent, quomodo numerorum diſparem reddentium ſonum, fiat concordia? fac potius quomodo animus ſecum meus conſonet, nec conſilia mea diſcrepent; Monſtras mihi, qui ſint modi flebiles, monſtra potius quomodo inter aduerſa non emittam flebilem vocem, &c.*

1 *Monialibus* eſt neceſſaria Muſica, quia, vt Deo dicatæ, eorum orationes ſunt illi magis acceptæ, & plus gratæ, quàm aliorum, maximè ſi cum Muſica per ipſas præſententur, & aſſocientur, quæ vt Iſaiæ c. 6. eſt adeò grata Deo; & ego ſup. probaui *par. 3. c. 1.* De illis namque dici poteſt, quod de vniuerſali Chriſti Eccleſia dixit Diuus Paulus *ad Epheſ. c. 5.* ibi: *non habet maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed Sancta, & immaculata eſt.* Et cum Chriſtus earum Sponſus ſemper ſit cum eis, & ipſæ cum eo, *vt in Apocalipſ. c. 14. Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocunque ierit*; & Eccleſia oſtendat illis verbis: *Quocunque pergis, Virgines ſequuntur: atque laudibus; poſt te canentes curſitant; Hymnoſque dulces perſonant*: Manifeſtè probatur earum orationes eſſe Deo gratiſſimas, quia, vt dicit *textus in Authentico de Lenonib.* §. *ſancimus collat. 3.* ſola caſtitas eſt potens animas hominum Deo præſentare, quem textum extollit Gloſſ. *in Proemio Decretalium in Verſic. Pudicos, & Gloſſ. final. in cap. cauſam de probat. & ibi Doctores, & Gloſ. vlt. circà fin. in cap. cum ad Monaſterium de Stat. Monac. & Gloſ. fin. in c. 1. de vot. redempt.* intelligunt

illum

illum textum. §. *Sancimus*, quod ipſa virginitas ſola eſt de per ſe potens, ſinè alijs virtutibus animas Deo preſentare; aliæ verò virtutes poſſunt etiam hoc facere, vt ait *textus in cap. firmiter. §. fin. de Sum. Trin. & Fid. Cathol.* ſed adiunctæ cum aliis. Virginitas enim ſola eſt principium, & fundamentum aliarum virtutum, vt inquit *textus in Auctbent. Quomodo oporteat Epiſcopos. §. neque autem ſecundas collat.* 1. & *Gloſ. fin. d. cap. cauſam de prob.* Ideò neceſſariiſſimam ipſis exiſtimo Muſicam; nè priuentur tam vberi fructu ex ipſa reſultante, & alij ipſas audientes potiantur eodem.

Probatur; quia cum Muſica ex Diuo Aguſt. *lib. 1. de Muſ. cap. 2.* ſit ſcientia benè modulandi, & bona modulatio, non poteſt eſſe, niſi benè moueatur, vt idem declarat *ibid. cap. 3.* & Muſica ſit ſcientia benè mouendi, ideò concludendum venit, Muſicam per ipſas exerceri debere, ad fructus ſpirituales acquirendos ipſa mediante, quia à Monialibus in Eccleſiis cantatur nimis deuotè magna cum decentia, & non niſi debito ſine Deum glorificandi. Hinc eſt, quòd de ipſis non poteſt vſurpari, quod inquit Ariſtoteles *in Polit. lib. 7. Ex turpiter loquendi licentia, ſequitur; & turpiter facere*; & illud Accurſij Gloſatoris.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Quia illæ canunt verba Sacræ Scripturæ, quæ potiùs excitant audientes ad deuotionem, quam ad peccatum aliquod prouocent; imò omnes alias actiones, quæ temporalitatem reſpiciunt nimis deuotè, ac modeſtè gerunt, & à fortiori debita, qua decet reuerentia, orationes fundunt, Muſicam ipſis miſcentes ad vberiores fructus conſequendos. Imò nè otioſæ permaneant aliquandò, *vt præcipitur in tex. c. nunquam de conſecr. diſt. 5. & Gloſ. Marginal. in c. ad reatum.* 81. *diſt.* non poteſt dari exercitium vtiliùs, & iucundiùs Muſica, nam alia exercitia animum, & corpus fatigant, iſta verò à contrariò ſubleuat, atque delectat.

Mulieribus honeſtis eſt quoque neceſſaria Muſica ad recreandum animum, poſt honeſtos, & domeſticos labores, ne euagentur ad feneſtras, cum otioſæ permanſerint, non enim poſſunt ſemper laborare, quia, vt ait Diuus Bernardus; *Arcus, qui ſemper tenſus tenetur, facilè rumpitur*, vndè neceſsè eſt eas alicui exercitio applicare, quod non faſtidiat, & remoueat occaſiones, ne videantur in feneſtris ab hominibus, nè earū pudicitia periclitetur, quia vt ait Ouidius *in l. 1. de arte amandi.*

Spectatum veniunt ſpectentur, vt ipſæ
Ille locus caſti damna pudoris habet.

At hoc facilè per ſtudium Muſicæ obtinetur, quæ illas diuertit ab otio, cum delectatione; *altus otium*, quod eſt radix multorum malorum,

Digitized by Google

rum, & arma hoſtis antiqui, vt dicit textus *in cap. Niſi cum pridem* §. *verum de renunt.* erit certè occaſio prauarum cogitationum, quod probatur *in Eccleſiaſt. c.33.* nam ſi quis in otio viuat, neceſſarium eſt, vt malis agitetur voluptatibus, vel cogitationibus peſſimis. Quod etiam expreſsè innuit Ouidius *in lib. 2. de remed. amor. illis verſibus.*

Otia ſi tollas, periere Cupidinis Arcus.
Contemptaque iacent, & ſinè luce faces.
Quæritur Aegiſtus, quarè ſit factus adulter.
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Et D. Hieron. *Epiſt. 4. ad Ruſtic. Monac.* ait. *Facito aliquid operis, vt te ſemper diabolus occupatum inueniat*; ſed quæ actio poteſt eſſe magis delectabilis, & apta ad diſtrahendum à curis otioſis ſinè faſtidio, quàm Muſica? in qua licet laboretur; labor non ſentitur, cum ſit de ſui natura delectabilis, vt alibi dixi.

In priuatis oratorijs eſt quoque neceſſaria muſica, quia cum inſtrumentis, & vocibus in horis nocturnis per harmoniam ſenſibilem magis aptè repreſentatur, quantò maior ſit harmonia, & dulcedo illius celebris muſicæ Paradiſi. Vndè Chriſtiani deuoti mens eleuatur ad contemplationem ſe mortalem eſſe aliquando; imminere ſinè dubio alteram vitam immortalem; adeſſe Deum creatorem, Redemptorem, & Retributorem æternitatis, vel ad præmium bonarum operationum, vel ad pænam patratorum peccatorum, & ſcelerum. Aliquando verò ex deuotis canticis, & conciunculis, quæ in oratorijs fiunt, ope inuiſibili miſerentis Dei, qui nemini denegat auxilia, extolluntur. Deuoti intereſſentes ad contemplationem Diuinorum, & excitantur ad amandum Deum Summum Bonum, charitate perfecta, non alio fine, quàm propter ſe, & debito modo; Ad quod fortaſſe non inducerentur, niſi illis deuotis melodijs interueniſſent. In ipſis oratorijs quandoque aſſiſtunt Religioſi, & deuoti homines, qui maiori feruore ducti, & ex illis ſanctis exercitijs moti, præcantur Deum, vt dignetur concedere Populis, & Gentibus ſalutem Corporum, & Animarum ſaluationem, abundantiam frugum terræ in pane, vino, & oleo; atque alijs ad vitam neceſſarijs; Et inter Chriſtianos Principes concordiam, ac pacem, quæ omnia naſcuntur ex Dei prouidentia, ſed tamen ex ſecundis etiam cauſis ab ordinato motu Cælorum, à concordi harmonia quatuor Elementorum, & à bona diſpoſitione conſtitutionis temporum, vt ait Boetius *lib. 1. de muſic.* Quod etiam fortaſſe non ſuccederet, niſi oratorij exercitijs, & maximè muſicæ interfuiſſent.

Eſt neceſſaria muſica die, *& de nocte*, nam per illam in nocte, & ho-

hora quietis maior delectatio ægris audientium auribus affertur, vt in *lib.Iob.c.35.* habetur, vbi Elia volens magnam Dei prouidentiam ſignificare, qui in tribulationibus lætitiam affert, inquit: *Vbi eſt Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?*

Eſt inſuper *omnibus hominibus neceſſaria*, vt inquit Platò *de legib. c.3.* & ideò ſuadet omnibus, vt illam addiſcant, quia reddit Animum fælicitate capacem, & inducit ad optimos mores; quod confirmat Plin. 8.*pol.c.3.* & Diuus Iſidor. *lib.3, origin.c.3.* aſſerit, muſicam eſſe adeò omnibus neceſſariam, vt ſine illa, nulla diſciplina perfecta eſſe poſſit; cum nihil ſit ſine illa. Et Tubal Lamech filius, qui fuit pater Canentium cythara, & organo, vt Geneſ.*c.4.* præuidens, & cognoſcens quantum muſica debuiſſet hominibus neceſſaria eſſe, ne priuarentur ipſius vtilitatibus, ſculpſit eam in duabus columnis, lateritia, ſcilicet, ex Terra cocta, vt igni reſiſteret; & altera ex marmore confecta, ne aquis conſumeretur; prędixerat enim Adam Mundum periturum Aqua, & Igne, quod oſtendit Margarit. *Philoſophic.lib.5. tract.* 1.*muſicæ ſpeculatiuæ cap.4.* de muſicæ primo inuentore in princ. ibi: *Ipſe fuit pater canentium cytara, & organo, eo quod primus muſicam inuenit, & eam in duabus columnis; lateritia ſcilicet, & lapidea poſteris reliquit; lateritia quidem, ne igne; lapidea verò ne aqua periret, Adam namque Mundum igne, & aqua periturum prædixerat.*

CAPVT SECVNDVM.

Quod Magiſtri Muſicæ non poſſunt expelli à vicinia propter Rumorem.

EST hic, pro coronide huius quintæ partis animaduertendum, quòd muſica eſt adeò neceſſaria Reipublicæ, vt ipſius magiſtri, qui ſcolas aperiunt pro pueris imbuendis, non poſſint compelli exire à vicinia, propter rumorem; & ſtrepitum vocum ſcholarium, concertum facientium, qui magnus eſt, licet ibi habitent Doctores, & aliæ perſonæ, quæ habent priuilegium eiicien di fabros ferrarios, ſeù alios artifices, qui ipſis impedimentum ſtudendi præſtant ſtrepitu ſuarum profeſſionum, ſecundum diſpoſitionem, quæ per doctores notatur *in l.1.ff. ſolut. matrim.* & hoc propter publicam vtilitatem ex muſica reſultantem. Quod conſtanter firmo ex comuni regula *textus in l.nam quod liquido ff.de pen.legat.* vbi habetur

quod

quod exceptio firmat regulam in contrarium. Nam ex eo quod ius Canonicum *in cap. Pridem* 18. *q.* 2. prohibuit baptiſterium, propè quoddam monaſterium Sancti Andreæ fieri, ne eius occaſione monachi ex concurſu, & rumore gentium moleſtias paterentur; & Doctores *communiter in cap. Veſtra de locat. & cond.*

Nec non Bartolus, Dyn. Lanfranc. & Alij *in dicta l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* loquentes, quando fabri impedientes Doctores, vel Scholares, ne ſtudeant, propter malleationem, poſſint expelli de contrata, ſeu vicinia; & concludunt, præſertim Bartolus ibi, quod eſt in arbitrio Iudicis, conſiderata diſpoſitione locorum, aptitudine, & conſuetudine viciniæ, quia fortè ſit conſuetum ibi legi, & alijs circumſtantijs. Qui etiam dicit vnum notabile, in dubio ſcilicet fabrum eſſe repellendum de vicinia. Nec ab illa ſententia datur appellatio, *sec.* Bald. *in l.* 1. *in fin. C. ſi de momentan. poſſ. fuer. appell. col. pen. in verb. quid ſi vnus Scholaris*; nihil ipſi penitùs diſponunt contra magiſtros muſicæ, qui ſcholas tenent, & concertus faciunt, in quibus magnus rumor ex multis vocibus auditur: Et quod ſtatuerunt contrà fabros, & Artifices, qui ex ſtrepitu poſſunt ex vicinia expelli, nō poteſt trahi ad profeſſores huius nobilis virtutis imò ſcientiæ muſicæ, quia ex diuerſis, & ſeparatis non rectè infertur de vno ad alium caſum *l. Papinianus exuli ff. de minoribus l. fin. vbi* Bart. *ff. de calumn. & l. neque natales C. de probation.* Ideò non debent ex vicinia expelli, cum iura contrà ipſos muſicæ Magiſtros, nihil prorſus ſtatuerint; & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *vulg. l. de pretio ff. de publician. in rem. act. & l. Præſes ff. de offic. Præſid. cum ſimilib.*

Confirmatur noſtra ſententia ex optima *deciſione ſacri Concilij Neapolitani*, quæ eſt 625. apud Vincentium de Franchis, vbi habetur, quod in dicto Sac. Conſ. annis elapſis fuit introducta cauſa contra quendam artificem artis ſericæ, qui poſuerat filatorium in vna ex cameris ſuæ domus, & per dominos Conſiliarios fuit deciſum, dictum artificem potuiſſe exercere & tenere filatorium, non obſtante ſtrepitu inſtrumentorum artis, ex quo non parum vexabantur vicini. Ratio eſt, quia nemo prohibetur vti arte ſua *l. quæro ff. de iure patr. l. final. ff. de obſequ. à liber. patr. præſtand.* Et nemo de domo ſua inuitus extrahi debet *l. nemo ff. de reg. iur. l. pleriq. ff. de in ius voc.* tantò magis, quia perſona, quæ intendebat prohibere, non erat de priuilegiatis, de quibus loquitur Bart. *in l.* 1. *ff. ſol. matr. verſ. fin. & Rip. ibid. col. antepen. num.* 128. *verſ. & ſi diceres, & n.* 131. *&* 136. Videndus eſt Menoch. *de arbitrar. indic. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 237. *in fin.* vbi optimè declarat, & di-

ſtinguit; & Abb. *in cap. vlt. in fin. de iudic.* Ex quibus iuribus, & maxime ex dicta deciſione de Franchis colligitur quod ſi non potuit expelli ex vicinia artifex; à fortiori non poteſt expelli magiſter muſicæ, qui non eſt artifex, ſed profeſſor artis liberalis, & ſcientiæ nobiliſſimæ, licet non habitet in propria domo, ſed conducta propter publicam vtilitatem ex ipſis prouenientem.

Prædicti Magiſtri volentes in Vrbe muſicam docere, ſiue Clerici, ſiuè laici ſint, debent licentiam habere à Deputatis Confraternitatis muſicorum in Eccleſia Sancti Ioannis Decollati, erecta ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Georgij, & Sanctæ Ceciliæ, approbata *à fælic. record. Vrbano VIII. Conſtit.* 32. quæ incipit: *Pietatis*, in qua concedit multas indulgentias, gratias, & priuilegia; nunc verò tranſlata eſt in Eccleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Finis Quintæ Partis.

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS

PARS SEXTA.

De Nobilitate, & Præſtantia Muſicæ ex Magnis, & Illuſtribus Viris, qui illam exercuerunt.

CAPVT PRIMVM.

Vbi de Sanctis, qui Muſicæ periti extitere.

AGgredior in præſenti ſexta parte expeditè demoſtrare præſtantiam, & nobilitatem Muſicæ, ex quodam motiuo, quod ſcilicet in illa ſe exercuere magni,& Illuſtres Viri. Quod facere intendo breuiter, ac compendioſè, ſub certa tamen methodò colligendo in vnum, quæ ſparſim collocata reperiuntur. Muſica namque ideo nobilis eſt, quia eſt vna ex ſeptem artibus liberalibus, vt *in principio par.* 1.*c.*1. probaui,quæ artes ingenuæ,& nobiles

Digitized by Google

ſtinguit; & Abb. *in cap. vlt. in fin. de iudic.* Ex quibus iuribus, & maximè ex dicta deciſione de Franchis colligitur quod ſi non potuit expelli ex vicinia artifex; à fortiori non poteſt expelli magiſter muſicæ, qui non eſt artifex, ſed profeſſor artis liberalis, & ſcientiæ nobiliſſimæ, licet non habitet in propria domo, ſed conducta propter publicam vtilitatem ex ipſis prouenientem.

Prædicti Magiſtri volentes in Vrbe muſicam docere, ſiuè Clerici, ſiuè laici ſint, debent licentiam habere à Deputatis Confraternitatis muſicorum in Eccleſia Sancti Ioannis Decollati, erecta ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Georgij, & Sanctæ Ceciliæ, approbata *à felic. record. Vrbano VIII. Conſtit. 32.* quæ incipit: *Pietatis*, in qua concedit multas indulgentias, gratias, & priuilegia; nunc verò tranſlata eſt in Eccleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Finis Quintæ Partis.

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS SEXTA.

De Nobilitate, & Præſtantia Muſicæ ex Magnis, & Illuſtribus Viris, qui illam exercuerunt.

CAPVT PRIMVM.

Vbi de Sanctis, qui Muſicæ periti extitere.

AGgredior in præſenti ſexta parte expeditè demoſtrare præſtantiam, & nobilitatem Muſicæ, ex quodam motiuo, quod ſcilicet in illa ſe exercuere magni,& Illuſtres Viri. Quod facere intendo breuiter, ac compendiosè, ſub certa tamen methodò colligendo in vnum, quæ ſparſim collocata reperiuntur. Muſica namque ideo nobilis eſt, quia eſt vna ex ſeptem artibus liberalibus, vt *in principio par.* 1.*c.*1. probaui, quæ artes ingenuæ,& nobiles

biles appellantur, quia ad ipſas addiſcendas, pueri nobiles tantum olim ponebantur, vt inquit *Turrecremat. in c. de quibuſdam in fin. 37. diſt. & Ariſtot. lib. 8. Politic. c. 3.* ex qua ratione Muſica, non modò nobilis; verum etiam nobiliſſima; poteſt, & debet dici; ex præſtantia autem, Authoritateque Perſonarum magna reſultat laus ex *text. in l. 1. in princ. ff. de poſtul.* Multi enim Sancti, Pontifices, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Religioſi; Imperatores, Reges, Principes, Duces, Philoſophi, & Iuriſtæ inſignes in ea verſati ſunt.

At verò, quia ordo ſemper in omnibus ſeruandus eſt, ſecundum *Gloſ. in §. inordinatum verò verſ. confuſum Auth de hæredib. & falc. coll.* 1. Et à dignioribus eſſe inchoandum inquit *textus in §. fin. Inſtit. de iur. nat.* ideò à Sanctis, qui Muſicam ſequuti, & verſati fuere, initium ſumam. Ipſi enim ſunt honorandi antè omnes alios, tùm propter rationes allatas *à Ioan. de Turrecrem. in c. 1. de conſecr. diſt. 3.* tùm etiam, quia honor, & primatus debetur virtuti, & his, qui virtutè ſunt præditi *l. fin. in princ. C. de ſtatuis, & imaginib.* ſed nullus numero, & Catalogo Sanctorum ponitur, qui virtutibus omnibus prius ornatus agnoſcatur, & bonis operibus mirabilis clarè appareat, ac omnis religionis nitore vndequaque præfulgeat, Ergò illi imprimis honorandi, ſic ab eis incipiendo, dico, quod.

Sanctus Marcellus. I. Romanus (qui creatus Pontifex die 21. Nouembris anno ſalutis 304. ſedit annos quinque, menſes ſex, & dies 21. Martyr occubuit 17. kal. Februarij ann. 310, vt *in tom. 1. Bullar.* & *tom. 1. Concilior.*) Muſicam illuſtrauit, multas Miſſas componendo, quæ quatuor, quinque, & ſex vocibus vſque modo hac noſtra tempeſtate canuntur; etiam ſinè inſtrumentis propter maximam earum harmoniam; & ab ipſo Authore denominantur: *Miſſæ de Papa Marcello.* Platin. & alij *ſcribent. in eius Vit.*

Sanctus Damaſus. I. Hiſpanus (creatus Romæ 18. Kal. Octobris ann. 367. ſedit annos 17. menſes duos, dies 26. obijt 4. Idus Decembris anno 384. vt in *tom. 1. Bullarum, & tom. 2. Conciliorum*) primus inſtituit, vt Chorus alternis vicibus Pſalmos caneret; quod à Dauid mutuatus eſſe videtur; qui teſte *Ioſ. Hebr. lib. 7. antiquit. iud.* dicitur ſeptem conſtituiſſe Choros, & eos canentes, & præcedentes, ipſe ſubſequutus, dum Arca Hieroſolyma deportaretur. Ipſe namque Damaſus prius Sancto Hieronymo impoſuerat, vt Pſalterium in ſeptem partes digereret ad numerum dierum vnius hebdomodæ, vt quilibet dies certum Pſalmorum numerum haberet, qui caneretur. Et ipſe quoque primus omnium adiecit illum Himnum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.* in fine cuiuslibet Pſalmi, vt ad honorem trium Perſona-

ſonarum Sanctiſſimæ Trinitatis caneretur, vt habetur in *Breuiar. Rom.* in feſto eiuſdem Sancti, quod celebratur die 11. Decembris; & *Polid. Virg. lib. 6. de rer. inu. c. 2.* qui dicit prædictum Hymnum fuiſſe prius editum in Niceno Concilio; licet *Durand. lib. 2. c. 11.* & *Alcuin. de Diuin. offic. lib. 4. c. 5.* Auctorem illius faciant Diuum Hieronymum; de quo Sperell. *in Pareneſi Teleturgica c. 40. nu. 6. & 7.*

Sanctus Gregorius Magnus Romanus primus huius nominis (qui creatus fuit Pontifex ann. ſal. 590. & ſedit annos 13. menſes ſex, & dies decem, ac obiit 4. Idus Martij ann. 603. vt habetur in to. 1. Bullar. & tom. 2. Concilior.) Muſicæ diſciplinæ verſatus, & eruditus fuit, ità vt in cantu ad extremum huſque ſpiritum ſeſe, ſuoſque pueros exercuerit, ſicuti teſtantur Sacræ Hiſtoriæ in eius vita, & *Paulus Diaconus ibid.* & clarè demonſtrant eius ſcripta, & ordinationes Eccleſiaſticæ circà modum canendi in Eccleſia; in quà huſque modo inueniuntur Graduale, & Anthiphonarium, vt teſtatur *Euſeb. in ſuis Cronic.* Hinc eſt, quod cantus firmus Eccleſiaſticus, per Anthonomaſiam, ab Aucthore, qui illum inſtituit, ordinauit, & auxit, appellatur: *Cantus Gregorianus*, apud Doctores, qui de Muſicæ Regulis ſcribunt, vt videri poteſt, apud *Zerlinum, Guid. Aretin. in lib. 3. ſua Muſica, & Alios.*

Sanctus Leo Secundus Siculus (qui creatus fuit Pontifex 3. Idus Auguſti, ann. 682. & ſedit menſes decem, & dies 19. ac obiit 4. kalen. Iulii Romæ ann. 683. vt habetur *in tom. 1. Bullar. & tom. 3. Concilior. par. 1.*) Muſicæ operam dedit, vt teſtatur Eccleſia Romana in eius feſto, quod celebratur die 28. Iunii *in Breuiar. lect. 1. ſecundi Nocturni* in princ. ibi: *Leo Secundus Pontifex Maximus Siculus humanis, & Diuinis litteris, Græcè, & Latinè doctus, Muſicis etiam eruditus fuit.: Ipſe enim Sacros Hymnos, & Pſalmos in Eccleſia ad concentum meliorem reduxit.* Et Platina in eius vita inquit, dictum Pontificem Pſalmodiam compoſuiſſe, hymnoſque ad meliorem formam redegiſſe, artemque exercitatione confirmaſſe.

Sanctus Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis Muſicam exercuit, eique operam dedit, atque ad Eccleſiaſticum profectum in bonam formã reduxit, & auxit, vt habetur per *ſcribentes eius vitam; & D. Auguſt. lib. 9. confeſſion.* ait ipſum primum canendi Hymnos, & Pſalmos alternatim, morem apud occidentales inſtituiſſe.

Sanctus Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis, Diui Ambroſij Diſcipulus, & Fidei, & Virtutum eius ſectator non mediocriter Muſicæ ſtudio oblectatus, in illa valdè floruit ſcientia; & poſteà non parum ſuis ſcriptis illuſtrauit, vt videre eſt in *tom. 3. Dialogor.* vbi ſex libri de Muſica diſertè compoſiti inueniuntur.

Sanctus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus, Muſicam profeſſus fuit, & in

Digitized by Google

& in eius ſtudio eminens ordinauit Hymnos ad modum, Præfationum Miſſæ, & illos iuſſit caui in ſua Diæceſi. *Diu. Auguſt. lib. 9. Confeſſion.*

CAPVT SECVNDVM,

Vbi de Pontificibus Muſicæ Profeſſoribus, agitur.

POſt Sanctos, qui Muſicam exercuere, ſequuntur Pontifices; qui ſimiliter Muſicæ ſtudio operam nauarunt. Papa enim poſt Sanctos in Mundo, antè omnes alias dignitates collocandus, & honorandus eſt, quia ipſe repreſentat Deum in Terris, & tenet eius vices. *Cap. quanto de translat. Epiſcop. cap. Vt noſtrum; vt Eccleſiaſt. benef. ſin. diminut. confer. cap. fundamenta.* §. *docet de electiou. in 6. Gloſ. in cap. ſerpens de pænit. diſt. 1. ver. quod Deo cap. 2. circà princ. de translat. Epiſc. & cap. Ad Apoſtolicæ* §. *Nos itaque de ſenten. & re iudic. in 6. & Clement. 1.* §. *ideòque de Magiſtris.* quarè dico, quod *Marcellus Primus*, Romanus Pontifex, & Sanctus, Muſicus fuit inſignis, de quo ſupra *cap. præced.* mentio facta eſt, vbi etiam de alijs Pontificibus Sanctis, vt de Diu. Damoſo, Gregorio, Leone, & alijs.

Damaſus Pontifex, & Sanctus primus huius nominis Muſicæ ſtudioſiſſimus fuit, vt ex his, quæ ſupra retuli *cap. præc.* colligi poteſt.

Pelagius II. Romanus Pontifex (qui creatus fuit tertio idus Nouembris ann. 597. ſedit annos decem, menſes duos, dies 29. obijt 6. Idus Februarij ann. 590. *vt in tom. 1. Bullar. & 2. Concilior.*) decreuit, vt ſeptem horæ Canonicæ, quotidiè à Sacerdotibus recitarentur; & ab ijſdem quandoque in Eccleſijs canerentur; tanquam medium humanæ imbecillitati futurum, quia ſicut ſepties in die cadit iuſtus, vt ait Salomon, ità per orandi curam toties reſurgat; & *Dauid Pſalm. 118. nu. 64. inquit: ſepties in die laudem dixi tibi ſuper iudicia Iuſtitiæ tuæ*, vt tradit Polid. Virg. *libr. ſect. c. 2.*

Vitalianus I. Pontifex Italus (qui ſedit annos quatuordecim, & dies viginti nouem, obijtque Romæ ſexto kalend. Februarij ann. 672. vt *in tom. 1. Bullar & tom. 2. Concilior.*) regulam Eccleſiaſticam compoſuit, & cantum ordinauit, & auxit, adhibitis organis, vt refert *Platina, & Alij in eius ita, & Polid. Virg. vbi ſup. inquit*, quod ipſe Vitalianus canendi modum inuenit decentiſſimum, quo Hymni Sacri canerentur. *Et Alexand. Sard. de inuent. rer. lib. 1. cap. 25.* ait, dictum Pontificem inueniſſe organa.

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus I. Pontifex Romanus, (creatus octauo Kalendas Maij anno 858. ſedit annos decem, & nouem, menſes ſex, dies viginti, obijt Romæ Idibus Nouembris ann. 867. *vt in tom. 1. Bullar. & tom 3. Concilior. p. 3.*) Muſicæ ſtudium adamauit, & profeſſus fuit; Ipſæ namque conſequentias à Nothgerio Monacho Sancti Galli compoſitas, in Eccleſia cantari conceſſit, vt refert *Martin. in Cronicis.*

CAPVT TERTIVM.

Vbi enumerantur Cardinales noſtri temporis, qui Muſicam exercuerunt.

POſt ſummos Pontifices ſunt collocandi modò Cardinales noſtri temporis, qui Muſicæ ſtudium coluerunt. Dignitas enim Cardinalatus eſt maior quacunque alia dignitate, poſt dignitatem Pontificiam, vt dicit Geminian. *in cap. quamquam in fin. 2. q. 2.* quem allegat Felinus *in rubric. de maioritat. & obedient. colum. quinta* cum Cardinales, poſt Papam, iudicent omnes, ipſi autem à nemine iudicantur, *cap. nemo cum ſimilib. ibid. notatis 9. q. 3.* Quod voluit etiam Anton de Butr. in quodam conſilio, quod eſt inter conſilia Pauli de Caſtro *conſil. 412.* quod incipit: *Viſo puncto tranſmiſſo* ſimiliter, quod Cardinales, poſt Papam, primum locum obtinere debent, habetur *in cap. per Venerabilem §. rationibus, qui filij ſint legitim.* cum infinitis alijs ſimilib.

Hinc eſt, quod omiſſis alijs, qui temporali dignitate præfulgent, de quibus inferius, Cardinales, qui Muſicam profeſſi ſunt noſtris temporibus, oculis hominum exponam; omiſſis antiquioribus, de quibus memoria non habetur apud Doctores, ſine quorum authoritate, ne quidem in minimo oſtentationem facere volo.

Sereniſſimus igitur, & Eminentiſſimus *Cardinalis Albertus Epiſcopus Cracouienſis* filius Sigiſmundi III. Poloniæ, & Suetiæ Regis Muſices virtutem exercuit; & quia vocem non habebat, niſi tenuem, ita vt ficta voce caneret, vulgo dicto *falſetto*, totum ſe dedit ſtudio, & multoties abſtinuit cibo, & potu, ne diſtraheretur à muſica, & ſæpè cibos quoſdam refutabat, ex timore, ne in voce offenderetur, quia magnam habebat delectationem in cantando, totum hoc mihi retulit Dominus *Ioannes Baptiſta Giſlerius Romanus* qui ſpatio 27. annorum Regiæ domus ſeruitio aſcriptus extitit.

Emi-

Digitized by Google

Eminentiſſimus etiam Federicus Cardinalis Sfortia verè Princeps, quia etiam ſua munificentia multos Muſicæ profeſſores alit, ſuaque protectione fouet, & liberalitate ſollicitat alios, vt Muſicæ ſtudium ſequantur, quod eſt vnicum medium ad ſuccerendum communibus neceſſitatibus.

CAPVT QVARTVM.

Vbi promiſcuè de Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Muſicæ Profeſſoribus agitur.

PRoſequendo ordinem propoſitum, ſuccedunt modò poſt Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui Muſicæ diſciplina floruere; quia Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quò ad ordinem Epiſcopalem, ſunt æquales; ſunt verò minores Cardinalibus, ratione officij; non dignitatis; vt inquit Felin. *in rub. de maior. & obed.* & Abb. Panormit. *in c. 2. colum. vltima de electione, & in cap. quod ſuper his de fide instrumentorum.* Quare dico quod.

Hermannus Archiepiſcopus Hamburgenſis Muſicam ſequutus Guidi Aretini opera vſus eſt, vt dicit Volaterranus *lib.* 21.

Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis multum in arte Muſicæ floruit, quod & cauſa fuit ſuæ libertatis. Ipſe namque in carceribus tenebatur à Ludouico I. Imperatore, cauſa conſpirationis à filijs eiuſdem Imperatoris factæ contra Patrem, & inter alios, qui coniurationi inerant, erat in ſuſpicione Epiſcopus præfatus, quem cum Lodouicus Andegaui in carcerem conieciſſet, & ex eo loco fuiſſet tranſitura proceſſio Palmarum, cui Imperator intererat, ille data opera dictauit inſignem illum hymnum: *Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor*, quo, & hodie ſancta Romana Eccleſia vtitur in proceſſione prædicta, quæ ſingulis annis fit, quem, adaperta feneſtra in hora proceſſionis, clara voce, modulataque harmonia concinebat, vt à cunctis audiretur, qui indè tranſirent; Inter quos Imperator admiratus dulcedinē cantus, interrogauit; cuius ſit illa dulcis vox, quam audiret: cui reſponſum fuit, eſſe Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis, qui ibi clauſus teneretur. Quo facto, adeò tenore carminis, & dulcedine cantus, delectatus fuit Imperator, vt iuberet ſtatim è carceribus illum relaxari, libertatique priſtinæ reddi. Ita Crantius *lib.* 2. *Metropoleos* 27. & 40.

Ratho-

Digitized by Google

Rathodus XIV. Epiſcopus Vltraiectenſis, qui vixit circà annum Salutis 900. adeò in Muſica claruit, vt varias, ac diuerſas cantilenas in Sanctorum honorem non indoctè componeret; ita Thrithemius *in eius vita*.

Robertus Epiſcopus Carnotanus Vir doctrina, & Vitæ ſanctitate inſignis, ſub Gregorio Papa V. ſuam Eccleſiam gubernans, atque ſub Roberto Gallorum Rege filio magni Hugonis, multa de Muſica ſcripſit, & canendi modum in ſacris, meliorem reddidit; ità *Platina in eius vita*.

Sub *Flauiano* Epiſcopo Antiochiæ, & Conſtantio Conſtantini Magni filio, diuiſi ſunt Chori Eccleſiarum in binas partes Dauidicos pſalmos biuariam canentes, & quod Antiochiæ primum cæptum fuit, in omnes totius Mundi partes tranſiuit. Suidas *in voce* *ἀγὰ*.

Alij verò hoc tribuunt Ignatio Epiſcopo Antiochiæ, quia per quietem audiuiſſet Angelos ad eum modum viciſſim pſalmos concinentes; ità Polidor. Virgil. *lib.6.c.2.* Chorus autem pluribus conſtans vocibus grauibus, & acutis vnũ reddens ſonum ex omnibus, primùm repertus erat à Philammone Delphico, circa templum Delphicum inſtitutus, Plutarch. *lib. de muſica*.

Ioannes Damaſcenus, & Coſmus Epiſcopus Maiumenſis, & Theophanes frater Theodori Epiſcopi Craptorum, agnominati fuere melodi, ſiuè Cantores, ex eò, quia melodijs eas cantilenas comprehendiſſent, quæ in Eccleſijs Chriſtianorum vſque modo, per ſacros Canones cani decretum eſt; ità Suidas, & Cedre.

Diuus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus Muſicæ ſtudio clarus, inſtituit in ſua Diæceſi, vt hymni modulatè, & diſtinctè canerentur ad modum Præfationum Miſſæ. Diu. Auguſt. *lib.9 Confeſſion.*

Marcus Epiſcopus Hydruntinus, & Theophanes Muſicæ ſtudio ornati, canticos quoſdam compoſuere, qui in magno die Domini canuntur, & in Virginis Matris ſalutatione. Gyraldus *dial. 9. hiſtor. Poet.*

Eluericus Epiſcopus Oſnaburgenſis in Muſica floruit, opera Guidi Aretini vſus eſt, Volateranus *lib.21* & *Crant. lib.4. Metropol. c.21.*

Otto Fridericus Epiſcopus, & Princeps Labacenſis ex nobiliſſima Comitum Buchaim familia ortus, Aſſiſtens troni Pontificii Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius, & Canonicus Inſignis Eccleſiæ Saliſburgenſis, Magdeburgenſis, & Paſſauienſis, præter ſanguinis claritatem, cum ex Regibus Scotiæ originem trahat, & diuerſorum Idiomatum notitiam, omnibus ſcientijs verſatiſſimus, muſicæ etiã

Digitized by Google

non ignarus permagni faciebat huius nobiliſſimæ virtutis Profeſſores cuius rei ipſe teſtis oculatus fui cum Romæ eius Auditor eſſem de anno 1657. vbi aulam ad inſtar Cardinalium tenebat; ſeruando decorem ſuæ celſitudinis.

CAPVT QVINTVM

Vbi de Presbyteris Muſicæ ſtudioſis.

SEcundum propoſitum ordinem, ſunt hoc loco collocandi Præsbyteri, qui Muſicæ artis clari extitere, quia Clericus ſæcularis præfertur regulari, & illum præcedit, vt notatur *in c. legi epiſtolam*, *& cap. Hinc* §. *aliud* 16. *q.* 1. *Gloſ. fin in cap. qualiter* 2. *de accuſation.* quæ dicit, quod dignior eſt cætus Clericorum, quàm Monachorum, & cum ſtatus Clericalis ſit anterior ſtatu regulari, eſt vtique honorabilior *Gloſ. in cap. quorundam verb. prædicatorum de elect. in* 6. *& cap. fin. de pact. eod. lib.* 6. *& pſalm.* 109. ibi: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Meſchiſedech.* & Diu. Paul. *ad Hebr.* 6. *in princ. &* 7. *in fin.*

Ideò præmitto, quòd Venerabilis Beda Præsbyter, adeò Muſicæ ſtudioſus extitit, vt ne morti quidem proximus hoc genus ſtudij intermittere voluerit: ità Paulus *Diaconus*, & Baronius *in ſuis annal. lib. ann.* 731. inquit, quod idem Beda dum in ſacratiſſimo Aſcenſionis die canebat in Veſperis verſiculum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, reddidit Spiritum Creatori, & ad Cælum euolauit.

Alij duo Presbyteri Burdegalenſis Eccleſiæ adeò Muſicæ amatores extiterunt, vt etiam poſt mortem hoc manifeſtum fecerint, nam quotieſcunque Clerus illius Eccleſiæ conueniebat in templo ad pſallendum officium, vel ſacrum ſolemniter peragendum, ex ſepulcro ſuam vocem adiungebat cæteris canentibus, & pſallentibus, ità vt ab omnibus clarè intelligi, & diſcerni poſſent, atque concentus ſuauitate audientium animos mirum in modum afficiebant: ità Gregor. *Turon. narrat. in cap.* 47.

De ſuprà relatis inueni Doctores, qui talia, vt retuli, ſcribunt, licet alij infiniti præsbyteri Muſicam profeſſi ſint,

CAPVT SEXTVM

Vbi Religioſi enumerantur, qui Muſicæ Profeſſores extitere.

NVnc ſuccedunt Religioſi, qui in Muſica multum floruerunt, & meritò poſt presbyteros collocantur, nam vltrà rationes ſupra poſitas, & iura in præcedenti *capi allegata*, Religio propriè dicta, poſt Chriſtum Dominum Noſtrum ſucceſſit; & originem habuit ex Inſtitutoribus Sanctis Baſilio, Benedicto, Auguſtino, & Alijs, de quibus Angelus *in ſua ſumma in verb. Religioſus in princip.* Caſſiodor *lib. 2 de inſtit. Monach.* Ludou. *Miranda in man. Prælator. tom. 1. q. 3. art. 4. in princ.* Carol. Tapia *in Authent. Ingreſſi cap. 1. n. 26. verb. Monaſteria C. de ſacroſanctis Eccleſijs.*

Vnde dico, quod Guido Aretinus Religioſus in Muſica claruit in Italia, tempore Imperatorum Conradi ſecundi, & Henrici III. Hic excelluit præcipuè in docendis pueris mirabili facilitate, omniaque ad varia Muſicorum inſtrumenta applicans.. Iſte per varias regiones proficiſcens corruptam Muſicam emendauit, & per flexuras articulorum digitorum manus, cantum diſcernere docuit. Et hæc inuentio vulgò dicitur Scala; ſcilicet A.B.C.D.E.F.G. ideſt *Ala, mi, re, Beffa, be, mi; Ceſol, faut; Dela, ſol, re, Ela, mi; Feffa vt Geſol, re, vt*. Idem inuenit ſex illas ſyllabas muſicales *Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La*, quæ mirum in modum facilitatem præſtant, his qui Muſicam addiſcere cupiunt; quas mutuatus fuit ſatis ingenioſè ex illo Hymno Sancti Ioannis Battiſtæ:

VT queant laxis REſonare fibris
MIra geſtorum, FAmuli tuorum
SOLue polluti LAbij reatum.
Sancte Ioannes.

Deſumendo primam ſyllabam cuiuslibet verſiculi. Vixit circiter annum Chriſti 1029. vt ſcribit Sigisbertus *in Cronicis.* Volaterran. *lib. 2.* & de his, & aliis Cranzius *lib. 4. Metropoleos cap. 18.* Prius enim docebatur Muſica per punctos, qui non poterant articulari, & proferri: poſtea eorum vicè Antiqui vſi ſunt litteris A.B.C.D.E. quæ neque proferri, commodè poterant, & ideò difficilius, magnoque labore addiſcebatur Muſica; Aretinus autem ſuo ingenio, & induſtria

non ignarus permagni faciebat huius nobiliſſimæ virtutis Profeſſores cuius rei ipſe teſtis oculatus fui cum Romæ eius Auditor eſſem de anno 1657. vbi aulam ad inſtar Cardinalium tenebat; ſeruando decorem ſuæ celſitudinis.

CAPVT QVINTVM

Vbi de Presbyteris Muſicæ ſtudioſis.

SEcundum propoſitum ordinem, ſunt hoc loco collocandi Præsbyteri, qui Muſicæ artis clari extitere, quia Clericus ſæcularis præfertur regulari, & illum præcedit, vt notatur *in c. legi epiſtolam, & cap. Hinc §. aliud 16. q. 1. Gloſ. fin. in cap. qualiter 2. de accuſation.* quæ dicit, quod dignior eſt cætus Clericorum, quàm Monachorum, & cum ſtatus Clericalis ſit anterior ſtatu regulari, eſt vtique honorabilior *Gloſ. in cap. quorundam verb. prædicatorum de elect. in 6. & cap. fin. de pact. eod. lib. 6. & pſalm.* 109. ibi: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Meſchiſedech.* & Diu. Paul. *ad Hebr. 6. in princ. & 7. in fin.*

Ideò præmitto, quòd Venerabilis Beda Præsbyter, adeò Muſicæ ſtudioſus extitit, vt ne morti quidem proximus hoc genus ſtudii intermittere voluerit: ita Paulus *Diaconus*, & Baronius *in ſuis annalib. ann.* 731. inquit, quod idem Beda dum in ſacratiſſimo Aſcenſionis die canebat in Veſperis verſiculum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, reddidit Spiritum Creatori, & ad Cælum euolauit.

Alij duo Presbyteri Burdegalenſis Eccleſiæ adeò Muſicæ amatores extiterunt, vt etiam poſt mortem hoc manifeſtum fecerint, nam quotieſcunque Clerus illius Eccleſiæ conueniebat in templo ad pſallendum officium, vel ſacrum ſolemniter peragendum, ex ſepulcro ſuam vocem adiungebat cæteris canentibus, & pſallentibus, ita vt ab omnibus clarè intelligi, & diſcerni poſſent, atque concentus ſuauitate audientium animos mirum in modum afficiebant: ita Gregor. *Turon. narrat. in cap. 47.*

De ſuprà relatis inueni Doctores, qui talia, vt retuli, ſcribunt, licet alij infiniti præsbyteri Muſicam profeſſi ſint,

CAPVT SEXTVM

Vbi Religioſi enumerantur, qui Muſicæ Profeſſores extitere.

NVnc ſuccedunt Religioſi, qui in Muſica multum floruerunt, & meritò poſt presbyteros collocantur, nam vltra rationes ſupra poſitas, & iura in præcedenti *cap. allegata*, Religio propriè dicta, poſt Chriſtum Dominum Noſtrum ſucceſſit; & originem habuit ex Inſtitutoribus Sanctis Baſilio, Benedicto, Auguſtino, & Alijs, de quibus Angelus *in ſua ſumma in verb. Religioſus in princip.* Caſſiodor *lib. 2 de inſtit. Monach.* Ludou. *Miranda in man. Prælator. tom. 1. q. 3. art. 4. in princ.* Carol. Tapia *in Autbent. Ingreſſi cap. 1. n. 26. verb. Monaſteria C. de ſacroſanctis Eccleſijs.*

Vnde dico, quod Guido Aretinus Religioſus in Muſica claruit in Italia, tempore Imperatorum Conradi ſecundi, & Henrici III. Hic excelluit præcipuè in docendis pueris mirabili facilitate, omniaque ad varia Muſicorum inſtrumenta applicans. Iſte per varias regiones proficiſcens corruptum Muſicam emendauit, & per flexuras articulorum digitorum manus, cantum diſcernere docuit. Et hæc inuentio vulgò dicitur Scala, ſcilicet A.B.C.D.E.F.G. ideſt *Ala, mi, re, Beffa, be, mi; Ceſol, faut; Dela, ſol, re, Ela, mi; Feffa vt Geſol, re, vt*, Idem inuenit ſex illas ſyllabis muſicales *Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La*, quæ mirum in modum facilitatem præſtant, his qui Muſicam addiſcere cupiunt; quas mutuatus fuit ſatis ingenioſè ex illo Hymno Sancti Ioannis Battiſtæ:

VT queant laxis REſonare fibris
MIra geſtorum, FAmuli tuorum
SOLue polluti LAbij reatum.
Sancte Ioannes.

Deſumendo primam ſyllabam cuiuslibet verſiculi. Vixit circiter annum Chriſti 1029. vt ſcribit Sigisbertus *in Cronicis.* Volaterran. *lib. 2.* & de his, & aliis Cranzius *lib. 4. Metropoleos cap. 18.* Prius enim docebatur Muſica per punctos, qui non poterant articulari, & proferri: poſtea eorum vicè Antiqui vſi ſunt litteris A.B.C.D.E. quæ neque proferri, commodè poterant, & ideò difficilius, magnoque labore addiſcebatur Muſica; Aretinus autem ſuo ingenio, & induſtria

ſtria facilitatem quodammodo attulit, licet etiam nunc sit difficilis ſcientia.

Notgerius Monachus Sanсti Galli conſequentias compoſuit, quas Nicolaus Pontifex in Eccleſia cantari conceſſit, Martinus in Cronic.

Hubaldus nepos Milonis Monachi ſeptem liberalium artium peritus, in Muſica præcipuè claruit; & de multis ſanctis cantus dulci modulatione compoſuit. Sigibert. in Cronic. anno 879.

Pater Athanaſius Kircher. Germanus Religioſus Societatis Ieſu Muſicæ Theoricam profeſſus eſt, & tomos duos compoſuit Muſurgia inſcriptos, in quibus multa curioſa inſeruit; licet quidam contrà ipſum inſurrexerit in principio libri, qui dicitur *de ſcriptoribus Muſica antiqua*, vbi multos notat errores, vt idem dicit, circà regulas artis.

Pater Ioannes de Auelli Min. Obſeru. Ordinis Religioſus, Muſicus fuit perfectiſſimus, vt indicant ſua ſcripta de regulis Muſicæ poſt eius mortem impreſſa Romæ ann. 1657.

CAPVT SEPTIMVM.

Vbi de Imperatoribus, qui Muſicam exercuere, loquitur.

IN hoc capite nobilitatem Muſicæ patefacere conabor, ſecundum propoſitum inſtitutum in principio huius ſextæ partis, ex Imperatoribus, qui Muſicam exercuerunt, àc in ea claruerunt. Ex ipſorum perſona magna reſultat Muſicæ laus. Imperator enim (loquendo in genere de Imperatore Chriſtiano Romanorum) inter omnes Principes ſæculares Mundi, primus eſſe videtur, cuius auсthoritas, & præeminentia magna eſt, cum ſit Vicarius Dei in temporalibus, vti *Baldus* inquit *in l.1.C. de iure aureor. annulor.* licet in ſpiritualibus poteſtati Papæ ſubeſſe debet *cap. ſi Imperator, & cap. ſicut 96. diſt. & Lucas de Penn. in l.2.C. de ſilentiar. lib.* 12. Pontificalis enim poteſtas regalem excellit, ſicut Diuina humana, cæleſtia, terrena, & ſpiritus, carnem, *facit textus in c. ſuſcipitis 10. diſt. cap. ſolitè de maiorit. & obedient. & cap. nouit de iudic.* In temporalibus enim Imperator dicitur Supremus omnium. *l. penult. & ibi Bal. C. de bon. quæ liber.* & dicitur nobiliſſimus per *textum in l. quætis ff. de natalib. reſtituend.* Eſt enim Dominus, & Su-

& Superior omnium Prouinciarum *c. Adrianus* 63. *diſt.* & omnium rerum *c.quo iure* 80. *diſt.c.conuenior.*23.*q.*8.*& l.bene à Zenone in princ. C.de quadrien.præſcript.Cardin.in Clem,*1.*de Summ.Trinit.Gloſ.in cap. per venerabilem de electione.* Imò dicitur Dominus totius Mundi, vt ait *Gloſ. in d.l. benè à Zenone, & Gloſ.in cap.per venerabilem, qui filij ſint legit,& in omnibus ſupradictis iurib. & Canoniſtæ omnes in d.c. per venerabilem qui fil. ſint leg. & Bart.& ferè omnes Itali, & Vltromontani in l.*1.*C.de Summ.Trin. & ſid. Cathol.* Hæc omnia adduco pro maiori laude Muſicæ, quia cum Viri tàm Magni, & Perſonæ tàm illuſtres non dedignati ſint Muſicam ſequi; imò multi ex ipſis pro maiori gloria habuerunt, Muſicam exercere; & non ſolùm Imperatores Chriſtiani, ſed etiam Ethnici antiquis temporibus tanti Muſicam faciebant, vt qui illam ignorarent, indocti reputati ſint; & in humili,acparua exiſtimatione habiti; Imò, & qui illam deſpiciebant, pari nota infamarentur, Inter quos.

Ageſilaus Lacedemoniorum Imperator (ſeù potius Rex) raræ virtutis homo dictus, cuius vitam *Plutharchus ſcripſit in Lacon. Apoph.* damnatus fuit à multis, quod rogatus,vt vellet audire quemdam,qui mira ſimilitudine Luſciniæ vocem imitabatur, recuſauit, inquiens: *frequenter ipſam audiui*. Significans, ineptam eſſe voluptatem, magis delectari ipſa ſimulatione, quam natura *Plut. vbi ſup.*

Alcibiades Athenienſium Imperator, quia tibia canere noluit, & cæteros ab eo ſtudio abduxit, meritò damnatus fuit. *Plutarchus in eius vita, & Gellius lib.* 15.*c.*17. E contrariò autem in magna æſtimatione habiti ſunt Imperatores, qui Muſicæ operam dabant. Primus omnium inter Virtuoſos Principes ſit.

Epaminundas Græcorum Imperator fortiſſimus, qui fidibus præſtantiſſimè cecinit; & ex hoc capite permagni habitum fuiſſe demoſtrat *Cicer. Tuſculan.lib.*1.

C. *Caligula* (vt ait Suetonius *in Caligula*) canendi, ac ſaltandi voluptate ità efferebatur, vt ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus, & tragædo pronuncianti concineret,& geſtu hiſtrionis, quaſi laudans, vel corrigens palàm effingeret. Nec alia de cauſa videtur eo die, quo perijt, peruigilium indixiſſe, quàm, vt initium in ſcenam prodeundi licentia temporis auſpicaretur. Saltabat autem nonnunquam etiam noctu. Et quondam tres conſulares ſecunda vigilia in Palàtium accitos,multaque,& extrema metuentes,ſuper pulpitum collocauit: deindè repentè magno tibiarum, & ſcabellorum crepitu, cum palla, tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abijt. Sic ille,

Nero Imperator Muſicam didicit ad animi ſubleuamen, & ad motus

tis iracundos temperandos: *Val. Max. tit. de ſtud. & induſtr.* & Suetonius *in eius vita* inquit: *Nero citharadi habitu prodijt Neapoli primum: ac ne concuſſo quidem repentè motu terræ theatro, antè cantare deſtitit, quàm inchoatum abſolueret. Adoloſcentes equeſtris ordinis, & quinque amplius millia è Plebe robuſtiſſimæ iuuentutis vndique elegit, qui diuiſi in factiones plauſuum genera condiſcerent (bombos, & imbrices, & teſtas vocabant), operamque nauarent cantanti ſibi inſignes pinguiſſima coma, & Excellentiſſimo cultu pueri, nec ſine anulo leuis, quorum duces quadragena millia H-S. merebant. Cantante eo, nec neceſſaria quidem cauſa excedere theatro licitum erat. Itaque, & enixa quædam in ſpectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi, laudandique, clauſis oppidorum portis, aut furtim deſiluiſſe de muro, aut de morte ſimulata funere elati, Quam autem trepidè, anxièque certauerit, quanta aduerſariorum æmulatione, quo metu Iudicum, vix credi poteſt. Aduerſarios quaſi planè conditionis eiuſdem, obſeruare, captare, infamare ſecretò non nunquam, ex occurſu maledictis inceſſere: ac ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolebat,* & paulò poſt: *Quin, & in Græciam cantandi ſtudio nauigauit omnibuſque eius gentis ſpectaculis cantu, aurigatione, præconio certauit, decem iuges agere conatus. Indè reuerſus, curſu, quò olim Auguſtus triumphans Vrbem ingreſſus eſt, præmiorum pompa, tituliſque ſingulorum certaminum, longo ordine præmiſſis. In certamine muſico ità legi obediebat, vt nunquam excreare auſus; ſudorem quoque frontis brachio detergeret; atque etiam in quodam tragico actu, cum elapſum baculum citò reſumpſiſſet, pauidus, & metuens, ne ob delictum certamine ſubmoueretur, non aliter confirmatus eſt, quam adiurante Hypocrita, non animaduerſum id inter exultationes, ſucclamationeſque Populi. Conſeruandæque vocis gratia, neque milites vnquam, niſi abſens, aut alio verba pronunciante appellauit, &c.* ſubdens poſteà. *Proindè, vt eſſet vndè viueret, Muſicæ operam dedit, illud ſubindè iactans, &c. Morti proximus illud identidem iactitabat: Quantus artifex pereo?* Alia plura vide apud *Suetonium.*

Conſtantinus Compronymus Imperator Orientis anno 757. inter alia munera, quæ Pipino Francorum Regi per Legatos miſit, addidit inſtrumentum Muſicæ maximum Germanis, & Gallis vſque ad illud tempus incognitum, *organon* appellatum, quod cicutis ex albo plumbo compactum erat, ſimul, & follibus inflabatur, & manuum, pedumque digitis pulſabatur. *Auentin. lib. 3. Annalium Boior. & Marianus Scotus Aimoinus lib. 4. c. 64.*

Carolus Magnus Imperator, & Francorum Rex, Muſicæ ſtudioſiſſimus, cum in Gallia videret, tàm nobilem virtutem inculto quodam modo tractari, ipſam ad meliorem formam perduxit, & auxit. *Sigifbert. & Aemil. lib. 2.* de quo plura infrà *cap. 8. verſ. Carolus Magnus,* in ſerie Regum Gallorum Muſicæ ſtudio inſignium.

Alexander Mammea facundia Græca excellens ad Muſicam pronus, lyra, tibia, organo, tuba cecinit, ſed nunquam alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus: ità *Cuſpianus in eius vita*.

Titus Veſpaſianus multùm laudatur; & extollitur ſupra multos Imperatores, propter Muſicæ ſcientiam, quam optimè didicerat. *Sueton in eius vita cap. 3.* illis verbis: *ſed ne Muſicæ quidem rudis, vt qui cantaret, & pſalleret iucundè, ſcientèque*. A quo multis donis cumulatus fuit Diodorus Cythariſtes inſignis, de quo meminit Martialis.

Alexander Seuerus Imperator Maximus, & Magnus Philoſophus, valdè laudatus fuit ex eò, quia Muſicam exercebat. *Lampridius in ſua vita.* ibi: *Seuerus ad Muſicam inclinatus lyra, & organo cecinit; & cæt.*

Hadrianus Imperator Muſicam profeſſus fuit; necnon Arithmeticæ & Geometricæ peritiſſimus, ac Aſtronomiæ ſcientia omnes ſuæ ætatis ſuperauit, ità *Textor. tom. 1. offic. tit. laborioſi, & var. art. per.*

Theodoſius Imperator adeò Muſica delectabatur, vt ad menſas quoque pueros Muſicam adhiberet, vt ſcribit *Micephor. lib. 12. c. 43.* de quo *infrà par. vlt. c. 3. verſ. Flauianus*.

Theophilus Imperator multum impendit cantilenis operæ, hymnos quoſdam, & carmina componens, ac canere ea iubens, de quibus eſt: *Benedicite*, quarti toni, quod ex: *Audi filia*, octaui toni tranſlatum à ſe, atque concinnatum in Eccleſia clara voce cani mandauit. Ac ferunt, cum carminis amore illectum in ſolemnibus ad magnam ædem conuentibus, ne manus quidem ad cantus artificioſam agitationem detractaſſe, clerumque Muſicæ exercendæ cauſa centum libris argenti donaſſe: ità *Cedronus*. In feſto Palmarum ſolebat in Eccleſia Græca cantari carmen à Theophilo Imperatore Muſicis concentibus ornatum *Exite Gentes, exite Populi. Zonoras tom. 3.*

Ludouicus Pius Imperator à Lothario impio filio in carcerem coniectus, conſilio Theodulphi Epiſcopi, in Regnum reſtitutus Theodulphū carceri incluſit: adeò Muſicæ deditus fuit, vt cum in feſto Palmarum: *Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor*, ab eodem Epiſcopo compoſitum cani audiret, eius dulcedine permollitus, ſtatim eidem veniam dederit, & libertati donauerit. *Cranzius lib. 1. c. 27. Metropoleos & ſup. dictum eſt*.

Maximilianus Primus Imperator omnes bonas diſciplinas venerabatur, Muſicam præcipuè. Quod vel hinc maximè patet, quod Muſicorum Principes in omni genere Muſices, in eius Curia, veluti in fertiliſſimo agro ſuccreuerunt: ità *Cuſpinian*.

Solymanus Turcarum Imperator, cum à Franciſco Primo Gallorum Rege peritiſſimos in omni genere Muſicæ artifices dono accepiſſet,

piſſet, illis primò ſummoperè delectatus fuit. Mox cum Conſtantinopoli Populũ ſummo ſtudio ad audiendũ cõcurrere,& carũ artium diſciplinam affectare cerneret,veritus, ne animi ciuium effeminarentur, licet contra ſuam voluntatem,cum maximè illi cordi eſſet Muſica, inſtrumentis omnibus confractis, & igni abſumptis, Muſicos ipſos Gallo Regi remiſit multis donis cumulatos: ità habetur apud *Theat. tom.5.lib.3. tit.organa corrumpend. in fin.*

Carent omninò Turcæ Muſicis inſtrumentis, bellicis tantum tympanis, etiam in nuptiis vtentes. Cauit enim, prohibuitque perfidus Mahometes omnia ea, quæ animos excitare, & emollire poſſent:vinum, Muſicam,artes deniq; omnes liberales.

Ferdinandus III. Imperator Auguſtus multis virtutibus, & ſcientiis ornatus, Muſicæ non mediocrem operam nauauit, ità vt in ea multum profecerit, & multas cantilenas ſumma delectatione, ac dulcedine modulatè, concinneq; compoſuerit;& tanti Muſicam faciebat, vt poſt graues curas publicas ipsius ſtudio animum relaxabat.Multos etiam Muſicos, & quidem in omni genere excellentiſſimos Italos, Gallos, Polonos, Germanos in Aula Cæſarea expenſis maximis ſolita liberalitate alere ſolitus fuit. Cantilenas ipſius per extenſum ponit *Pater Athan. kircher. in ſua Muſurgia tom.1.lib.7.in fin.*

Leopoldus Primus nunc Romanorũ Imperiũ regens,qui diù viuat fęlix, Patris,& prædeceſſorum imitator, Muſica delectatur, præter cæteras, quibus decoratur virtutes, atque animi dotes, & illam exerceri coram ſe facit pro animi recreatione, non intermittens tamen magni momenti curas, atque res bellicas, & Sacri Imperii negotia, cum admiratione omnia recto ordine diſponens, vt retulerunt mihi quidam Equites Germani.

CAPVT OCTAVVM.

In quo Reges quidam, qui Muſicam exercuere demonſtrantur.

MAgna nobilitas Muſicæ reſultat ex alia ratione, ſcilicet quia ipſam multi Reges exercuerũt,ac in ea floruerunt, & adhuc exercent, ac florent. Cum enim à Rege procedant omnes dignitates temporales, vt notat *Bart.& Ioan.de Plat. in l.1.C.de dignit.lib.12.& idem de Plat.in l.2.in fin.C.de ſilentiar.eod.lib.12.*

& Al-

Digitized by Google

& Aluar. in cap. 1. *in princ. de feud.* qui allegat text. *in l. ſacrilegij C. de diuerſ. reſcript.* meritò virtutes per ipſum exercitæ valdè nobilitantur, vt in caſu noſtro. Prima pars patet; ſecunda patebit ex infraſcriptis auctoritatibus.

Dauid Rex omnibus gentibus pacatis, religionis ſtudia complexus, hymnos trimetros edidit, & cum his pentametros verſus plurimos, qui Sabbathis, feſtiſque diebus ſacris ſolemnibus canerentur. Adiecit his decachordem cytharam, nabla 12. vocum, cymbala ęrea grandia, & lata, ità *Sabellicus Enneadis* 1. *lib.* 20.

Cumque Arcam Domini è Gaba Vrbe Hieroſolymam inferret cytharis nablis, tympanis, tibiis, & cymbalis, omneque genus pineis inſtrumentis, & Ipſe, & Iſraelitæ coram arca luſerunt. 2. *Reg.* 6.

Similiter cytharam pulſando malignum ſpiritum, quo Saul vexabatur, eijciebat. 1. *Reg.* 16.

Idem leuitis conſtituit Sacros cantores ducentum octuaginta octo, quorum tres principes erant, Aſaphus, Hemanes, & Ieduthunes. 1. *Paralipomen.* 25.

Licurgus Lacedemoniorum Rex Muſicam exercuit, vndè occultas eius vires expertus legem condidit, in qua ſeueriſſimè præcepit, ab omnibus nobilibus addiſcendam eſſe, quia valdè bello neceſſariam exiſtimabat. Iuſſitque nunquam pugnandum, niſi exercitus à tybiarum ſonitu calefactus eſſet. *Valer. Max. dict. & fact. lib.* 2. *cap.* 1. *Cel. lib.* 5. *antiquar. lection. c.* 20. *in princip.*

Hotherus Succorum Rex fuit in quouis Muſicæ genere peritiſſimus ad quoſcunque volebat motus varijs modorum generibus humanos impellebat animos. Gaudio, mæſtitia, miſeratione, odio, vel amore mortales afficere nouerat. *Saxo lib.* 3. *& Marian. Capella. lib.* 9.

Beardus Coltornm Rex fuit excellens Muſicus anno ab orbe condito 3292. ante Chriſti Domini aduentum annis 1907. *Sanſouin. in ſua Cronolog. & Faſcicul. tempor.*

Cinyras Rex Cypri antiquiſſimus floruit in Muſica anno ab orbe condito 3485. qui fuit ante Mundi Redemptionem annis 1714. idem *Sanſouin. vbi ſup. & Faſcicul. temp.*

Cyrus Perſarum Rex, ne hoſtium efferis clamoribus milites perculſi trepidarent, hymum Polluci, & Caſtori canere iuſſit. Quo concentu effecit, ne improuiſa formidine caperentur *Alexand. ab Alex. lib.* 4. *cap.* 7.

Haleattes Rex Sydorum in bello contrà Mileſios luſu barbarico fiſtulatores fidicines, quin etiam fęminas, tibicinas adhibuit. *Gellius lib.* 1. *cap.* 11. *Noct. Attic, ex Thucidide, & Plutarcho de Muſic.*

Digitized by Google

Gilimer Vandalorum Rex Muſicam exercuit. Vndè obſeſſus, & profligatus in Monte Papua, à Beliſario, cytharam petijt ab hoſte ad ſolamen miſeriarum ſuarum, & ſic ſono, atque cantu conſolabatur. *Procopius lib.4. Vandaliæ, & Cedrenus.*

Emmanuel Primus Luſitaniæ Rex, Muſica multum delectabatur & tamen à ſeriis negotiis non auocabatur. In eadem domo multi fidibus pulſabant, & ad cytharam canebant, & non pauci Quæſtores, & Iuris conſulti, & reliqui variis muneribus Præfecti, ad illum multa Regni negotia deferebant, ità vt ſimul cum honeſtiſſima oblectatione, multa negotia conficeret *Oſorius lib.12.rer. Emman.*

Ioannes IV. qui rerum in Luſitania potiebatur, & annis proximè præteritis diem ſuum clauſit extremum, in Muſicæ ſcientia multum floruit, multas compoſitiones non ſpernendas faciendo; prout ex quibuſdam Religioſis fide dignis accepi, dum in Hiſpania permanerem, qui teſtati ſunt, ſe propriis oculis varia Muſicæ inſtrumenta, cum pulſantem vidiſſe, & perdulciter cantantem audiuiſſe.

Franciſcus IV. ſupradicti Ioannis IV. filius, Patris, & Prædeceſſorum ſuorum Principum virtutum imitator, claret etiam in Muſicæ diſciplina, vt ijdem Religioſi aſſeruerunt.

Bardus Gallorum Rex, fertur, quod Muſices inuentor fuerit. Hinc Galli ſuos Philoſophos, & Poetas Bardos vocauere; *ità Beroſus ſcribit.*

Pipinus Francorum Rex à Pontifice creatus, cum muſicæ ſtudioſus eſſet, & multum ea delectaretur, Romanorum ritus, & cantus in Gallias attulit anno Domini 751. *Sigisbertus hoc narrat.*

Carolus Magnus eorundem Francorum Rex, & Imperator, cantus Eccleſiaſtici inter Romanos, & Gallos diſſonantia offenſus, duos Clericos Romam miſit, vt autthenticum cantum à Romanis diſcèrent, & Gallos docerent. Per quos primùm Metenſis Eccleſia; Hinc omnis Gallia ad authoritatem Romani cantus reuocata eſt, anno Domini 774. *Sigisbert. & Aemil. lib.2.*

Cum verò poſt annos ſexdecim, iterum in pſallendo, & legendo eſſet à Romanis etiam in Metenſium Eccleſia variatum, Carolus per Cantores, ab Adriano miſſos, eam diſſonantiam correxit, anno Domini 790. opera Pauli Varnefridi, qui ei à ſacris erat; idem *Sigisbert.*

Cum autem ex Gregorij inſtituto, quatuor dumtaxat tropi, ſeù modi, *Phrygius, Dorius, Lydius, Miſſolydius,* quos vulgus cantorum tonos authenticos vocat, in vſu fuiſſent; ne Latini vlla ex parte Græcis cederent, Ducem a Comite diuiſit, quatuor ſubdititios modos à

qua-

quatuor primarijs diſtinxit, octo tropos fecit: illos Cantores, Plagios, ideſt obliquos nuncupant. Nec alio conſilio hoc fecit, quam vt Eccleſia omnem ſcripturæ verborum vim, ac potentiam congruentibus ſonis exprimere poſſet; & vt Scripturæ concentum ſuauitate conſpectiores in cœtu Chtiſtianorum redderentur. Cùm Græci legati Aquiſgrani patrijs ceremonijs rem diuinam fecerent, & pſallerent, Magnus, qui occultè ſubaſcultabat, captus dulcedine cantus, iuſſit eos numeros excipi. *Auentinus lib. 4. annalium Boior. & Iacobus Curio lib. 2. Ch onicor.*

Ludouicus XIII. Pater Chriſtianiſſimi Regis, nunc fœliciter Gallos Regentis, quanti Muſicæ ſtudium faceret, & in ea floreret, Cantilena dulciſſima per ipſum compoſita demonſtrat, quæ tribus vocibus canitur cum organo continuo, & incipit: *Tu Croiſo Beauſole*, quam per extenſum ponit *P. kircher. in fin. primi tomi ſuæ Muſurgiæ.* Sicut, & illam Imperatoris Ferdinandi III.

Ludouicus XIV. in præſenti Francorum Rex Inuictiſſimi Regis noſtri Hiſpaniarum Gener virtutum Prædeceſſorum ſuorum Emulator, Muſicæ quoque ſtudio floret vtraque enim de lectatur, tàm ea, quæ vocè, quam ea, quæ inſtrumentis exercetur.

Philippus IV. Hiſpaniarum Rex ſemper Auguſtus, qui Neſtoreos annos fœlix ſemper viuat, præter cæteras virtutes, quibus præditus eſt; Muſicæ ſcientiam callet, & in ea non mediocriter floret; prout Ipſe ex proprio ore accepi Illuſtriſſimi, Excellentiſſimiq; Ducis Paſtranæ, Mileti Principis, dum Matriti incolatum haberem, anno 1654. Poſteà verò ad manus peruenetunt quædam artiſicioſæ eiuſdem Inuictiſſimi Regis compoſitiones, & cantilenæ, ternis, quaternis, quiniſq; vocibus concinendæ; præſertim Litaniæ Beatiſſimæ Virginis, quæ mirum in modum dulces, & harmonioſæ euadunt, quas admiratus ſui non parum, & vſque modo inter propria bona pretioſora, tanquam prætioſiſſimam gemmam conſeruo, propter maximam reuerentiam, quam tanto Regi, meoque Benefactori munificentiſſimo profiteor.

Iacobus I. Scotorum Rex introduxit nouum cantandi ritum Muſicum, (qua in arte ipſe plurimum pollebat, Viroſque domi in ea peritiſſimos alebat) cum organis. Regis exemplo, Scoti deinceps, etiam cum Anglis in ea arte certari potuere. *Boeſius lib. 17.*

Iacobus III. Scotorum Rex Muſicæ ſtudio peritus Gulielmū Roger. Anglum inſignem Muſicum domi alebat. *Appendix. hiſtor. Scot.*

Ethodius Scotor. Rex tubicines, & tibicines in magnis habuit deliciis ſed tandē vnius Hebridiani ſanguinis tibicinis, quē ſecretiori præfe-

cerat cubiculo, inſidijs, per noctem eſt ſtrangulatus, vt mortem vlciſceretur ſuorum neceſſariorum, quos Rex in Argathelia, ob rebellionem interfecerat; captus poſtea quadrigis diſtractus eſt. *Boet. lib.* 5.

Mydas Rex Phygiæ ſyluas ſempër ab hominum conſortio longinquas incolebat. Accidit, quod contentio oriretur de arte muſica inter Phæbum, & Pana Caſtrorum Deum, vndè ab ipſis fuit electus Iudex ipſe Midas, & Tmolus mons: Phæbus Cithara, Pan Fiſtula cecinit, Tmolus Phæbum victorem, Midas Pana ſuo iudicio pronunciauit. Ex quo indignatus Phæbus, aures aſini Midæ addidit, quia tale iudicium dediſſet. At ille tanto ſtudio occultabat, vt nemo, præter tonſorem, rem cognoſceret, qui ſub perpetuo ſilentio rem tegere Sacramento obſtrictus erat; ſed cum tonſor id tacere non poſſet, terram effodit, ac in ſcrobem pertenui voce ſubmurmurauit; *Aures aſini Midas Rex habet*. & ſcrobe terra operto diſceſſit. Hinc Cannæ natæ, vento ſubeunte, conceptum arcanum emurmurabant: *auriculas aſini Midas Rex habet. Natalis Comes lib.* 9. *Mythol. in cap.* 15. *& Ouid. lib.* 11. *Methamorph.*

Ex hoc infertur, non debere ignaros Muſicæ iudicare, ſiue ratione, quando cantare audiunt, an bona, vel mala ſit compoſitio; & ſimiliter cum non cognoſcant, nec ſciant, quæ ſint requiſita bonæ, vel malæ vocis iudicare, de vocibus, de modo canendi, & ſic de ſingulis; ſed relinquant iudicium his, qui artem callent, ne cum alios iudicare, & infamare intendant, ipſi infamati remaneant, ignorantiæque notam incurrant.

Sigiſmundus III. Poloniæ, & Suetiæ Rex muſicā didicit ab Aſprello Pacelli Italo ſuæ Capellæ magiſtro, & in ſuo Palatio bis in hebdomada in proprio Regio cubiculo Academia muſicæ exercebatur. Multos huius artis virtuoſos alebat. Canebat ipſe partem Baſſus. Et curauit etiam ſuos filios hac virtute imbui, Vuladislaum ſcilicet, & Caſimirum, tum Principes, poſteà Reges, & Principem Albertum, qui fuit poſteà Epiſcopus Cracouienſis, & S. R. E. Cardinalis. Fuit iſte Generoſiſſimus Rex, adeò Muſicæ amator, vt cum quodam die perrexiſſet ad venandum; accidit, vt inueniret currum quorundam Muſicorum, qui Roma ad ſuum ſeruitium vocati fuere, & illicò deſiliit, & fecit in ſylua, vt quidam ex ipſis cantilenam caneret ſine instrumentis, ex qua magnam accepit delectationem. Iſte Religioſiſſimus Rex tempore maioris hebdomadæ, cum Sanctiſſimum in ſepulcro aſſeruaretur, in Cathedrali S. Ioannis Varſauiæ Ciuitatis tota nocte cum filiis ſupradictis in Eccleſia morabatur, & ſæpè ſæpiùs

pro-

progrediebatur ad quoddam ſecretum cubiculum; vbi aderant inſtrumenta ad cantandum aliquod moctectum in honorem ſacratiſſimæ Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ex ſe ipſo, & aliquando cum aliis vocibus: ità hæc omnia vera eſſe retulit Vir fide dignus, qui per annos vigintiſemptem ſeruiuit dicto Regi, & eius ſucceſſori, nomine Ioannes Baptiſta Gislerius, nobilis Romanus, qui manu propria fidem iuratam fecit.

Ioannes Caſimirus prædicti Sigiſmundi III. Filius, Poloniæ Regna nunc fæliciter magna cum prudentia gubernans, inter cæteras virtutes, quibus decoratur, Muſicam etiam exercet, quàm a prædicto Pacelli didicit, ità idem *Gislerius*.

CAPVT NONVM.

Vbi de Principibus, & Ducibus exercitus, qui Muſicæ ſtudio floruerunt, ſermo habetur.

NOn infima laus Muſicæ reſultat ex Ducibus exercitus, qui illam exercuerunt, cum ipſi ſint Perſonæ nobiles, & ex militia oriatur nobilitas, vt inquit *Caſſan. in comment. conſuet. Burgun. tit. Des enfants des pluſieurs lins.* §. 3. & facit *textus in cap. cum eſſent deſimonia*; vbi miles appellatur nobilis. Duces enim, ſeù Principes militum ſunt in eminentiori dignitate conſtituti, & habent primum locum, poſt Principem Supremum, vt inquit *Io: de Plat. in l. 2. C. vt dignit. ord. ſeruet. lib.* 12. & eſt *textus cum notatis per Gloſ. & D.D.* præſertim per *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de præpoſ. ſac. cubic. lib.* 12. cum dicantur in iure magiſtri militum, quibus maximus honor debetur; & ſunt illi, quibus totius rei gubernatio eſt commiſſa *l.* 1. §. 1. *ff. de exercit. l. item magiſtri ff. de pact. l. actor ff. rem rat. haber.* Hinc eſt. quod ex iſta ratione, ſcilicet quia Viri tàm Illuſtres, & Nobiles muſicam exercuerunt oritur maxima laus Muſicæ. Quod autem multi Principes, ſeù Duces exercitus fuerunt Muſici, colligitur ex diuerſis Hiſtoriographis, & Primò.

Achilles Magnus ille Dux, & miles laudatus fuit ab Homero, quia pro ſua recreatione lyram pulſabat, iramque aliquando cohibebat. *Plutarch. in lib. de mus. & Valer. Max. lib. 8. cap. 8.* inquit *Homerus ingenij Cæleſtis vates, vehementiſſimis Achillis manibus canoras fides aptauit, vt earum militare robur leui pacis ſtudio relaxaret; & Homerus illiad.* 1. oſtendere volens,

volens, Muſicam multis in rebus eſſe conducibilem, introducit Achillem, qui iram aduerſum Agamennonem concoqueret Muſicæ opera, quam didcerat à ſapientiſſimo Chirone.

Cimon Athenienſis Miltiadis filius, & Epaminundas Thebarum Princeps, cum fidibus egregiè canerent, omnibus alijs Imperatoribus Græcorum antelati fuerunt. *Plutarch. in Cimone, & Alexand.lib.2 c.23. & Cic. lib.1. Tuſculan.*

Luc. Sylla cantando, & ſonando animum magnis curis grauatum recreabat *Doctores eius vitam ſcribentes.*

Hercules in Muſica floruit, & fuit diſcipulus Sapientiſſimi Chironis, qui pariter Muſicæ, Iuſtitiæ, & artis Medicæ fuit Doctor; Multoſque alios Duces, vltrà Herculem, & Achillem, Muſicam docuit. *Plutarch.de Muſic.*

D. Carolus Ieſualdus Princeps Venoſæ Muſicæ diſciplinæ verſatiſſimus multos libros compoſuit mirabili arte, & melodia decoratos, atque artificioſo ſtudio elaboratos; quorum quidam magna difficultate canuntur.

Alexander Magnus puer adhuc, cytharam didicit pulſare. Et magiſtro iubente chordam quandam tangere modulis conuentem, inquit: *Et quid intereſt, etiam ſi hanc pulſauero?* in aliam dicitum intendens. Reſpondit ille: *Nihil intereſſe, tùm Regis, ſed non eodem modo, nihil intereſſe futuri cytharædi.* Timuit, nè ſi duriuſculè eum inſtitueret, idem ſibi eueniret, quod lino accidit, qui cum Herculem puerum imperitiùs inſtrumentum tangentem increpaſſet durius, ab eodem plectro interfectus eſt. *Aelian.lib.3. de Var.*

Albertus Bauariæ Dux Erneſti filius, podagra, ſub Imperio Friderici, Imperatoris, laborans, ſepoſitis cæteris curis, ſectatus Muſicam, aſſiduis cantibus, ac ſonis animum oblectauit. Interdum, & venationi operam dedit. *Eneas Syluius cap. 41. Europæ.*

D. Pompeius Columna Princeps Gallicani, qui anno præterito vita functus eſt omnium ſcientiarum peritus, Muſicam, & Poeſim præſertim ſectatus, multas hiſtorias metro compoſitos, ſuo ſubtiil ingenio Muſicæ aptatas tradidit, quarum quaſdam, ego repræſentari vidi in Vrbe degens annis præteritis.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

In quo referuntur Iuriſtæ, Philoſophi, & Medici Inſignes, qui Muſicam exercuerunt, & aliæ Perſonæ virtuoſæ.

D*Octores* omnes vnanimiter conſentiunt Muſicæ vſum in omni vita locum habere, & non tantum in rebus ludicris ad animi relaxationem, & remiſſionem; verum etiam in ſerijs. Animus enim noſter concentu, & harmonia mirificè delectatur, quà ratione motus Plato Magnus Philoſophus. Animam harmonicè à Deo creatam aſſeruiſſe proditur, omne nanque ſimile, ſuo ſimili oblectari ſolet. Rationem ipſe Plato conatur reddere, ad numeros tribuēs; ſubeſt namque occulti quid, ideſt Diuini, nunc tamē incogniti, ſed quando hac corporea mole exuti erimus, tunc perfectè, ſicuti re vera eſt, cognoſcemus. Vndè Doctores, & Philoſophi non vulgares Muſicam naturali inſtinctu, & occulta quadam vi ducti, profeſſi ſunt. Ex quo ſimiliter ipſimet Muſicæ magna laus prouenit; ſicuti enim ab ipſis virtutes quædam prodiere morales, & multum laudantur à *Seneca in Polycr. lib.* ?. *c.* 9. vti Themiſtocles ex diligentia, Socrates ex continentia; Scipio ex pudicitia; Caio ex puritate; Titus ex pietate, & ſic de reliquis; ſic etiam ex cæteris virtutibus maxima laus proficiſcitur, & conſequenter virtus per ipſos exercita nobilitatur ex eorum perſonis, quia ſcientia eſt honorabilis, & glorioſa, & ex illa conſequitur gloria. *Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & Iſdræ c. fin. in fin.* licet autem eſſent hic collocandi Doctores, qui Muſicam exercuerunt, ſecundū ordinē dignitatis, & excellētię, & in primo loco ponendi Doctores Iuris Ciuilis, tanquam digniores, quia Ius Ciuile cū ſit ſcientia nobiliſſima, debet omnes alias ſcientias præcellere, & inter omnes alias nobilior, & dignior dicitur, tū ratione originis, tùm ratione effectus, tū etiā ratione finis, ex effectu reſultantis, vt inquit *Caſſan. in cat. gl. mun. p. 10. conſ. 19. 20. & 21.* (ſi Theologia excipiatur) Iuriſtæ dicuntur nobiliſſimi; *in l. 2. in fin. ff. de excuſ. tutor.* & ante omnes præferri deberent, qui libros compoſuerunt, cùm ipſi ſint, velut ſtellæ in firmamento Cæli *Daniel. 2.* non enim ſibi ſolùm laborant, ſed omnibus

exqui-

Digitized by Google

exquirentibus veritatem. *Eccleſ.* 34. De his verè dici poteſt illud Sacræ Scripturæ: *Beati, qui ſeminant ſuper Aquas*, ideſt ſupra Populos. *cap. cum Marthæ* §. *verum Inter de celeb. miſsar*. Semen quippè ſatum in chartis, perpetuò manet: tamen cum non ſit mei inſtituti huiuſmodi quæſtiònem examinare, referam illos, abſq; præiudicio præcedentiæ, ſecundum ordinem quo occurrerunt Doctores legendo. Vndè.

Chiro, qui fuit ſapientiſſimus Iuriſta, & Medicus ſimul muſicam profeſſus eſt, & in ea multum floruit, vt habetur apud *Plutarch in lib. de Muſic.* ibi: *namque, & Herculem Muſica vſum fuiſse audimus, & Achillem, & alios multos, quorum magiſter fuit Chiron ſapientiſſimus Muſicæ ſimul, & Iuſtitiæ, & Medicinæ Doctor*.

Crates Thebanus magnus Philoſophus in ſenectute Muſicam didicit, indignum exiſtimans è Mundo diſcedere, ſinè illa *Val.Max.tit.de ſtud.& induſtr.*

Ariſtodemus Philoſophus fuit Muſicus excellentiſſimus, floruit anno ab orbe condito 4536. in quarta mundi ætate, tempore, quo fuit ædificatum Biſantium ab Imperatore Coſtantino. *Sanſouin.& Faſcicul. tempor.*

Socrates, licèt prouectæ eſſet ætatis, voluit Muſicam addiſcere pro ſui animi recreatione à Conno Fidicine, quia magno olim prætio æſtimabatur, vt inquit *Polidor. Virg. lib.* 1. *de inuent rer. c.* 14. *in fin.* imò dedecus erat muſicam ignorare, *Iſidor.lib.* 3. *orig. c.* 2. *aliàs* 15. Cum autem ei diceretur. *Numquid non verecundaris in ſenectute his operam dare ſtudijs?* reſpondit: *Maiorem verecundiam eſse in ſenectute ignorantem exiſtere, quàm in ſenectute ſtudere. Plato ità*. Tanti enim Muſicam faciebant Veteres Philoſophi, vt Themiſtocles habitus fuerit indoctiſſimus, quod in epulis recuſaſſet lyram. *Cicer. lib.* 1. *Tuſculan.*

Pythagoras Muſicæ ſtudio vſus, iudicium Muſicæ per ſenſum reiecit, quod tenuem eius virtutem eſſe prædicaret. Quò circà non auditu, ſed harmoniæ conuenientia iudicium de ea faciebat, atque ad *Diapanſon.* vſque ſiſtere Muſicæ cognitionem eſſe ſatis cenſebat: *ità Plutarch. de Muſic.*

Ariſtotiles Muſicam profeſſus, inter ingenua exercitia Muſicam connumerat, & vult omninò Ciues ſuæ Reipublicæ, in ea inſtui, & exerceri, dum Iuuenes ſunt: Seniores verò Iuuenum concentibus intereſſe, tanquam Cenſores, & Iudices, ne effeminato aliquo, mollique rythmo animi iuuentutis corrumpantur; idem *Ariſt. lib.* 8. *Politicor.*

Plato Magnus Philoſophus Muſicam coluit, atque illa vſus eſt, vt ipſemet probat in ſuis ſcriptis.

Clinias Philoſophus Pithagoreus Muſicam exercuit, nam ſæpè cytharæ

Digitized by Google

tharæ ſono animum recreabat; vt refert *Aelian.lib.14. de var.hiſtor.* & *Athen. lib. 14. c. 10. ex Chamæleonte Pontico*.

Plutarchus Magnus Iuriſta, & Philoſophus, Muſicam profiteri non eſt dedignatus, cum ſciret eius præſtantiam, & nobilitatem, vt ex multis Doctoribus habetur, & eiuſdem libri de muſica teſtantur.

Solon Philoſophus, & Iuriſta, Muſica Athenienſes coegit ad recipiendam ſalaminem, & ad legem de illius receptione tractantem, abrogandam incitauit. *Polyen. lib. 3.*

Alcidamas Eleates Philoſophus, fuit Muſicus clariſſimus diſcipulus Gorgiæ Leontini, & de Muſica elegantiſſimos libros ſcripſit. *Teſte Suida*.

Hieronymus Fracaſtorius Veronenſis Mathematicus inſignis, Poeta excellens, & Medicus clariſſimus, multis alijs virtutibus clarus Muſica vnicè delectabatur, eaque veluti cote ſeriorum ſtudiorum vtebatur; atque etiam in ætate prouecta illam exercuit, & ſummopere coluit. *Adam. Fumanus in eius vita*.

Ioannes Picus Mirandula Vir doctiſſimus primis ſuæ iuuentutis annis Muſicæ ſcientiam in omni genere profeſſus fuit, ità vt quamplures cantilenæ concinnè, modulatè, & harmonioſiſſimè per ipſum mirum immodum, compoſitæ, & inuentæ fuere *Io. Franciſcus in eius vita*.

Ioannes Fernandus Vir omni admiratione dignus, vritutibus præclarus, cæcus, ità excellēs Muſicus euaſit, vt ſolus memoriter carmen quoddam quatuor vocum componeret; Id quod alii vix ſcribendo conſequi poſſent: ità *Fulgoſus* ſubdens, quod alijs Muſicis inſtrumentis tàm peritè ſonos modularetur; vt audientium aures, nō ſolum ſuauitate demulceret: ſed etiā artificii magnitudine veluti captos detineret.

CAPVT VNDECIMVM.

Vbi de quibuſdam Pictoribus Illuſtribus, qui Muſicam exercuerunt, agitur.

COgnouerunt, & experti ſunt nobilitatem, & præſtantiam Muſicæ antiquis temporibus omnes gentes & cuiuſcunque generis Viri Illuſtres, vt ſupra demonſtratum eſt, ex quo laus ipſi Muſicæ prodiit. In præſenti aliud motiuum obuiam venit illam laudandi; & eſt illud. Pictores ſcilicet, qui, vt dicit *Laurentius*

Digitized by Google

tius Valla in procem. ſuar. elegantar. Sunt Viri laudabiles ; nam proximi ſunt Artibus liberabilibus ; quia pictura eruditionem maximam præfert, & commercium habet cum Poetica, & Oratoribus, vt inquit *Patrit. de inſtit. Reip. lib. 1 tit. 10.* & Sextus Empiricus ex Symonidis Poetæ ſententia inquit, quod pictura, eſt tacita Pœsis: Poesin autem loquax Pictura; Pictores itaque magni Musicam faciebant, maximam eius vim, & virtutem experti. Et cum ipsi sint viri honeſti, & laudabiles, ac nobiles, ex quo Viri non ordinarij picturam exercuerunt, vt Plato, Diogenes, Cicero, Marcus Antonius Imperator, Fabius Maximus, Tyberius Imperator, & quam plures alij quos refert *Caſſan. in cat. p. 11. conſ. 44.* Et ſunt priuilegiati in iure, sicut cæteri nobiles ità vt exempti sint ab hoſpitijs militum, vt eſt *textus in l. Archiatros C. de metatis, & epidemetic. lib.* 12. Ideò laus Muſicæ prouenit ex eo, quia ipſi etiam Muſicam exercuere, & in magna æſtimatione illam habuerunt, vt.

Theon inſignis Pictor, cum virum armatum pinxiſſet, qui excurſionem ex vrbe repentè faceret, & furore quodam correptus in hoſtes irrueret: non tamen prius oculis hominum exhibuit picturam, quam tibicidinem, iuxta collocaſſet, quem iuſſit carmen orthium canere, penetrans, & clamoſum, quam fieri poſſet maximè, & quod ad prælium animaret. Simulac igitur auditum eſt carmen aſperum, & horrendum, atque tuba quaſi armatorum expeditionem ſonante, picturam oſtendit, & miles conſpectus eſt, cum efficaciorem cogitationem de excurrente in animis hominum cantus excitaret. ità *Aelianus lib. 2. de var. hiſtor.* Hoc autem fecit, quia ſciebat vim, & potentiam muſicæ, cum & ipſe Muſicus eſſet.

Parrhaſius pictor etiam inſignis cantilenis, & modulis laborem mitigare ſolitus erat. *Theophraſtus apud Aelian. lib. 9. de Variar. hiſtor.*

Nicias Pictor, cum in opere diligentiſſimus eſſet, laboris tædium cantando ſolebat fallere; *Idem ibid.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT DVODECIM.

Vbi de quibuſdam Mulieribus illuſtribus Muſicæ ſtudioſis.

POſt Viros illuſtres, qui muſicam exercuerunt, meritò ſuccedit ſeries mulierum illuſtrium exercitio quoque eiuſdem famoſarum, licet autem enumerare potuiſſem inter Viros illuſtres, cum maſculinum genus regulariter contineat fæmininum *per text. in l. qui duos 60. in fin. ff. de legat. 3. & l. inter ſtuprum 101. ff. de verbor. ſignif.* tamen quia mulieres illuſtres doctæ retinent quandam præeminentiam particularem, nam habetur in Sacra Scriptura *Prouerb.* 14. *quod mulier ſapiens ædificat domum*; ideò ſeparatim illas enumerare volui, ex quibus etiam, non leuis Muſicæ laus prouenit, non ſecus, ac ex magnis, & Illuſtribus Viris, ſupra enumeratis, qui Muſicam exercuerunt. Mulier enim eſt nobilis, ſicut vir, per Sacram *Geneſ.* 1. *&* 2. cum ſit adiutorium ſimile homini, & os ex oſſibus eius, & caro ex carne illius, & ideò magnus ei eſt adhibendus honor particularis inter cæteras mundi res, ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, facta eſt mulier, ſicut, & homo; maſculum enim, & fæminam creauit eos. *Geneſ.* 1. *& Eccleſiaſtic.* 17. Imò mulieres præſtant gloriam hominibus, vt habetur *Eſdræ 3. c. 4.* vbi habetur, quod fæminæ dominantur hominibus. Inſuper dici poteſt, quod mulieres ſint excellentiores viro, cum vir creatus fuerit ex limo terræ, & mulier de coſta viri, & ſic de materia digniori, vt *Geneſi c.* 2. Et tandem Adam fuit factus in Agro Damaſceno, extrà Paradiſum; Eua verò in Paradiſo facta fuit, vt habetur *in text. can. illud 40. diſt. ergò, &c.*

Ex alio item capite, ſeparatim mulieres poſui, quæ Muſicam exercuerunt, & exercent, licet in paruo numero adduxerim, cum plures enunciare potuiſſem; ipſæ namque multum appetunt gloriam, & cupiunt laudari, vt dicit *Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verb. cuidam Petro nu. 38. de teſtament.* Ideò per caput diſtinctum, & modo particulari enumeraui. Quarè deueniendo ad propoſitum aſſumptum, prima ſe offert ex antiquis.

Lamia, quæ mulier fuit ætate Demetrij Macedonum Regis formoſiſſima, quæ tibiis omptimè fertur cecinisſe, & canendi ſuauitate magnam, apud homines promeruiſſe gratiam, qua arte ſic

Digitized by Google

Demetrium ineſcauit, vt ille nihil haberet cariùs, & quod maiori Beneuolentia proſequeretur; Quarè Thebani Regi blandientes Veneris Lamiæ delubrum conſecrauerunt. Hæc *ex Plutarcho refert textor. in offic. tit. cyt. tibic. cant. & muſ.*

Aglais Megaclis filia fuit adeò inſignis Muſica, vt in paupertatem deducta tubicinio vitam foueret. *textor. ibid. tit. tubicin.*

D. Adreana Baſilis Neapolitana vxor egregij viri Mutii Baronis Terræ Fiſcaldi Conſentinen. Diæceſ. non vulgarem adepta eſt gloriam ex virtute Muſicæ, quam perfectiſſimè callebat, & in ſupremo gradu exercebat, quam Ego annis præteritis Neapoli in magna æſtimatione apud omnes eiuſdem Ciuitatis Nobiles, & Primates habitam cognoui. Quæ propter ſuam pulchritudinem; & honeſtatem; inſignem virtutem, & morigeratam vitam, ab omnibus in prætio habita fuit, multiſque honoribus decorata. Hæc plures habuit filias virtuoſiſſimas, inter quas.

D. Eleonora Barona vxor D. Iulij Caſtellani Romani, propter eius ſingulares virtutes, & animi dotes, ſed præſertim propter Muſicam, quam magno cum decore exercet pro animi recreatione in magna extimatione habetur, magno, & frequenti totius vrbis applauſu; Ipſis in dies, vndecunq; turmatim ad eius domum conuolantibus. Et cum annis præteritis fama ad Auguſtiſſimam Francorum Reginam perueniſſet, ab eadem benignè vocata, eò ſe tranſtulit; à qua non ordinaria delectatione recepta, maximis donis, vt tantam decebat Reginam, illam cumulauit, & quibuſdam honoribus, & titulis decorauit. Et cum in illa Regia per aliquod temporis ſpatium, moram traxiſſet; venia tandem obtenta, magnis donis etiam ab inuictiſſimo Rege Regnique Proceribus locupletata, diſceſſit; Relicta tamen immortali ſuæ virtutis fama.

Finis Sextæ Partis.

CA-

Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS SEPTIMA.

CAPVT PRIMVM.

De Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ex Auctoritate, & obſeruatione, atque exemplis.

IN præcedenti ſexta parte, quoad potui, prẹſtantiam, & nobilitatem Muſicæ patefacere conatus fui, ex eo motiuo, quod illam magni, & Illuſtres Viri exercuerunt, ex quo non vulgaris ipſi laus, & honor reſultauerit: In præſenti verò oſtendere conabor ipſiuſmet præſtantiam, & nobilitatem alia ratione, ex qua ſimiliter magna oritur ipſi laus, & honor, atque nobilitas; authoritate ſcilicet, obſeruatione, ac maiorum exemplis, quibus ſæpiſſimè ſcribentes vtuntur, argumento. *l. antiqui ff. ſi pars hæredit. petat. & ibi Odofred. & alij DD. notant.* ſimiliter obſeruatur per *Præpoſitum in c. conſtantinus* 96. *diſt.* vbi dicit, quod argumentum ab authoritate, & exemplo maiorum, valet in Iure; imò eſt firmiſſimum, non negatiuè, vt in caſu noſtro; Quod comprobatur per *Gloſam in l. mulier. bona ff. de iur. dot. & Bal in Authent. ſi quas ruinas in pulchra, & quotidiana queſtione C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Imò arguere ab authoritate, & exem-

exem-

Digitized by Google

exemplo maiorum, non modò procedit, & licet in exemplis Chriſtianorum, ſed etiam in exemplis Paganorum, vt eſt textus notabilis *in cap. quaſtà. 13. q. 2. & ibi Archidiac. & in c. Sacerdotibus* 11. q. 1. Qua propter magna ex hoc capite, & ratione reſultat Muſicæ laus, atque præſtantia; nam Antiquitus ipſa in magna habebatur extimatione, & prætio; quod patet quia, illa, in omnibus eorum geſtis, vtebantur; ſiuè ad excitandos militum in bello animos, ſiuè ad permulcendos eoſdem, ſiuè ad ſignum dandum educendi exercitus, & certaminis conferendi; ſiuè ad ſacra facienda, aut conuiuia, & feſta celebranda: ſiuè quodcunque aliud ſerium agendum. Et ideò etiam hodiè in maximo honore, & æſtimatione haberi debet: *argumento l. ſi cui §. iiſdē ff. de accuſation. & l. 2. ff. de ſenat.* & eſt optimus textus *in cap. mandata, & & in cap. ſcribam, vbi Gloſ. & D.D. de præſuption.* Quæ illatio, vt nunc ſit magnifacienda Muſica, ſicut antiquis temporibus habebatur, non eſt contemnenda, nam omnia extrema continet, quę ponit *Euerard. in topica legali; loco à tempore ad tempus n. 5.* ſcilicet quod præteritum, ſit verum, & hoc dicitur extremum à quo; & præſens, ſit poſſibile, & hoc eſt extremum ad quod, veluti olim Dominus, per *tex. notabilem in l ſinè poſſidetis C. de probation.* Ambo autem iſta duo extrema concurrunt, & verificantur in aſſumptu meo, Ergo; Antecedens negari non poteſt ex hiſtorijs infra adducendis: Conſequens patet, cum implicantiam, & impoſſibilitatem non habeat. Vndè firmum, inconcuſſumq; vndequaque remanet, Muſicam exiſto alio motiuo, nobiliſſimam, & præſtantiſſimam, eſſe. Dico igitur quod Muſicæ diſciplina antiquitùs tantam exiſtimationem habebat, vt meritò diceretur, quod tàm turpè erat Muſicam neſcire, quàm litteras, vt refert *Diu. Iſidor. in lib. 3. origin. c. 2. alias* 15. vbi etiam, ait, quod interponebatur, non modo ſacris, ſed & omnibus ſolemnibus, omnibuſque lætis, vel triſtibus rebus. Vt enim, inquit ipſe, in veneratione Diuina *Hymni*: ità in nuptijs *Hymenæi*, & in funeribus *Threni*, & lamenta ad tibias canebantur. In conuiuijs verò lyra, vel cythara circumferebatur, & accuſantibus ſingulis ordinabatur conuiuiale genus canticorum.

Hinc eſt, quod apud *Græcos* vetuſtis ſæculis tantæ æſtimationis erat vt meritò eorum pueros muſicam addiſcere curarent, ad mores animi componendos, qui ad omnia exercitia, non modo vtilem, ſed & neceſſariam cognoſcebant, *vt Plutarchus* inquit *in lib. de Muſic.* Quarè Epaminundas thebarum Princeps, tanquam excellens in Muſica, laudatus fuit. & è contrà Themiſtocles, tanquam huius diſciplinæ ignarus, valdè repræhenſus. *Cicer. lib. 1. Tuſculan.* Et tanti Muſicam faciebant Græci, vt eorum ſapientia per Muſica theoremata, præcipuè,

Digitized by Google

puè tradita fuiſſe videtur. Idcircò exiſtimarunt Apollinem, omniium Deorum Sapientiſſimum, & Orpheum, omnium virorum peritiſſimum, quia Muſicam optimè callebant; & eos omnes, qui hac ipſa virtute vterentur, *Sophiſtas* appellarunt. *Athen. lib.* 14. *c.* 13.

Sybaritæ tanti Muſicam faciebant, vt equos quoque Muſicam docere curarent, vndè Crotoniatæ eorum inimici ſcientes illorũ equos ſolitos tripudiare ad tibiarum ſonum, bellum cum illis geſturi, præparatis Muſicis inſtrumentis in prima acie, dato ad pugnam ſigno Muſici inſtrumenta pulſare cæperunt, audito ſono equi ſaltabant; at Crotoniatæ ad eorum occiſionem ſuos milites ſtimulantes, illos vicerunt. *Athæneus Dipnoſophi lib.* 12. *cap.* 6. ibi: *Sybaritarum deliciæ, & Crotoniatarum, & cæt.* deinde. *Biſaltæ militarunt in Cardiam. & vicerunt: Biſaltarum Dux erat Onaris, qui cum puer eſſet, emptus fuit in Cardia, atque cũ Cardiano cuidam ſeruiuiſſet (erat autem Cardianis reſponſum oraculi, quod in eos Biſaltæ conſurgerent, de quo in tonſtrina ſæpiùs ſedentes, diſſerebant.) Hic igitur ex Cardia aufugiens in Patriam ſuam, Biſaltas in Cardianos concitauit, atque Dux à Biſaltis declaratus fuit; omnes namque Cardiani Equos in Sympoſijs ad tibias tribudiare docuerant, atque pedibus poſtremis ſtantes, prioribus, ſonos cognoſcentes tripudiabant. Cum hæc igitur ſciſſet Onaris tibicinam habuit ex Cardia, quæ ad Biſaltas profecta multos tibicinas inſtruxit, quibus cum, & ipſa in Cardiam militauit; Vbi verò pugna fuiſſet incepta, tibias inflare, moduloſque emittere iuſſit quoſcunque equi Cardianorum cognouiſſent. Eos vbi equi audiuiſſent, ſuper poſtremis pedibus ſe firmarunt, atque in tripudium ſunt cum verſi, Cardianorum autem vis omnis in equitatu poſita erat; atque idcircò victi, ſuperatique fuerunt.* Quod etiam refert *Ariſtot. in Repub. eor.* Erant Sybaritæ Populi Potentiſſimi in Citeriori Calabria, & propriè in territorio Ciuitatis Caſſani, nunc dictæ. Eorum Metropolis dicebatur Cardium, nunc verò vulgo dicitur *Ciuita Mendonia*, in loco, qui dicitur *Gadella.* eſt autem non ſpernenda maiorum traditio, quod Ciuitas Caſtriuillarum patria mea, Ciuitas Caſſanì, & Turium fuerunt ædificatæ à Sybaritis maximo cum luxu. Cuius rei adhæc vſque tempora perennis extat memoria in Sybari fluuio, Ciuitatis Caſtriuillarum pedes lambente, eiuſque delicijs, ac fertilibus agris vbertim inſeruiente.

Apud Archades ità moribus receptum erat, imò lege ſancitum, vt ad trigeſimum vſque ætatis annum, Muſica imbuendos curarent. Cæteras artes apud eos ignoraſſe, nulla prorſus ignominia erat; Muſicam verò neſcire nemo poterat, quia neceſſariò diſcebatur *Polibius lib.* 4. *hiſtor.*

Neque id laſciuiæ cauſa, vel deliciarum luxu, ſed vt labores aſſi-

duos,

duos, & vitæ duritiam, atque aſperitatem in fracto animo ferrent. Quod etiam regiſtratur apud *Athen. lib.* 14. *c.* 11. *Cal. lib.* 9. *ant. Lect. c.* 9. *& Virg. in Bucol. eclog.* 10. *inquit.*

Triſtis, at ille tamen Cantabitis Arcades, inquit.
Montibus hæc veſtris: Soli cantare periti
Arcades: ò mihi tum quàm molliter oſſa quieſcant.

Cynæthenſes Arcades intermiſſo Muſicæ ſtudio, & exercitio, ſunt penitus efferati. *Cæl. ibid. vbi ſupra.*

Apud Athenienſes ſolemnè erat Belli Ducem creare, non gratia, aut fauore, neque propter generis claritatem, aut opum, diuitiarumque copiam, ſed maxima adhibita diligentia, atque incorrupta integritate cum eligebant Ducem, qui poſſet militibus imperare, & Muſicam non ignoraret vt teſtatur *Elianus lib.* 3. *cap.* 8. Quod comprobatur facto cuiuſdam Phrinici militis qui nō claranatus ſtirpe, nec maiorū titulis nobilis, nullo familiæ, nullo auiti Sanguinis ſplēdore cōſpicuus; ſed eo tantū Belli Dux, & totius Imperator exercitus conſalutatus, & creatus fuit, quod in tragœdia quadam ſuaues modulos per quam blandè ceciniſſet, & præſentium animos iucunditate cantus, ſuprà quā dici queat, ſuauiter detinuiſſet. Rari, & quidem ſapienter, bellicis rebus eum cum vtilitate, ac dignitate præfuturū, qui tam appoſita modulatione, & ad bellum accommodata circumfuſæ admiratione panegyris ceciniſſet. vt refert *Pellegrin. in paradox.*

Priſci Gentiles in tanta veneratione Muſicam habebant, & tanti illam faciebant, vt naturali eorum lumine, auſi ſint pingere Deos, in manibus Muſica inſtrumenta geſtantes, non quod cantarent, & ſonarent; ſed ad denotandum, quàm grata ſit ipſis harmonia, vt teſtatur *Plutarchus in lib de animæ procreatione in fin.* ibi *Priſci Muſica inſtrumenta in manus Deorum Imaginibus poſuerunt, non ſanè, quod eos lyra, aut cythara ludere putarent; ſed quod nullum Deo opus conuenientiùs eſſe iudicarent, quàm conſonantiam, & harmoniam.*

Sic hodie à nobis pinguntur Angeli, eadem quippè ratione, vt ararbitror; & ſimiliter ad inducendum Chriſti fideles ad Cæleſtis Paradiſi harmoniæ conſiderationem; alias enim non ſic facilè moueretur animus ad Cæleſtium contemplationem, & ad conſiderandum, quam ſuauis ſit illius ſupernæ patriæ gloria, ac melodia, cui comparata iſta terrena Muſica, dici potiùs poſſe reor diſſonantiam, quàm harmoniam. Ad quod dicendum, ducor exemplo Diui Franciſci de Aſſiſio, qui Cæleſtis gloriæ amore inflammatus, concentum Paradiſi audire cupiebat, cui apparuit Angelus manu geſtans lyram, qui vnico tantum tractu, tantam illi contulit ſuauitatem, vt niceſsaret, breui

ui ſe moriturum crederet vt habetur *in Cronic. Fratr. Minor.* Vndè ad oſtendendum quoque quàm grata ſit Dijs Muſica, dixerunt, Muſas poſt Orphei mortem (quem Pœtæ canunt à Baccantibus laceratum, quia ſua lyra Deum Bacchum laudare noluit) eius lyram in Cælos collocaſſe, Deos; & ideò lyra eſt cæleſte ſignum, vt ait. *Varro lib. 2. dere ruſtic. c.* 5.

Probatur etiam quanti Musicam æſtimarent Antiqui facto Euno mij Cytharædi Locrenſis Calabri, cui ſtatuã erexerunt, quæ cicadam cytharæ inſidentem habebat; ex eo quia certando de Muſica cum Ariſtone Rheginenſi, cum inter canendum, vna cytharæ corda frãgeretur, cicada ſuperuolans aſtitit, ac vocem alioqui defuturam ſuo cantu ſuppleuit; atque ità victor declaratus ſtatuam locris poſuere, cũ cicada cytharæ inſidente. *Strabo lib.* 6. qui citat *Timæum* Auctorem, & *textor. in officin. tit. cytharedi.* Similiter Thebis Bęotijs poſita eſt ſtatua Pronomi tibicinis, qui vnus maximè appoſitè omnium, ad aures multitudinis permulcendos tibijs cecinit; & totius corporis motu mirificè ſpectatores in theatris delectauit. Huic viro thebani ſtatuam poſuere. *Pauſan. in Bœot,*

Probatur etiam quantæ exiſtimationis erat apud Antiquos muſica, quod quilibet in quacumque ſcientia doctus, ſi huius diſciplinæ ex, pers eſſet, ab omnibus repellabatur, tanquam indoctus, & ab eorum conſortio excludebatur *Cicer. lib. 6. de repub. & ſup. dix.*

Vnde hac ratione Hæſiodus Poeta inſignis excluſus fuit à certamine Poetarum, quia cytharæ ſonum non didecerat, atque illa cantare. *Pauſan lib.* 10. *de Scriptura veteris Graciæ.* Themiſtocles quoque, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus fuit indoctus. *Cicer. lib.* 1. *Tuſculan.*

E' contrà verò valdè laudatus fuit Epaminundas Thebarum Principes, quod cytharizare, & cantare ad cordarum ſonum eſſet eruditus, *vt alibi dixi*. Hinc Socrates, & multi alij Philoſophi in ſenectute muſicam didicit. *vt etiam alibi innui, & teſtatur Cæl. lib.* 5. *antiq. lect. c.* 20. *in prin. & Patrit. in præfat. de inſtit. Reip. lib.* 2. *tit.* 2. Quod & Crates thebanus fecit Philoſophus egregius, imò ſciens, quod muſica ex vocum varietate, & cognatione quadam, occultaque vì, quam cum anima habet, occultos quoſdam producit effectus, iuſſit, vt Iuuenes illam omninò addiſcerent, vt animos ad ordinatos appetitus, & debitos motus diſponerent, & ordinarent. *Valer. Max. tit. de ſtud. & induſtr.*

Magni Principes, & ſupremi Iudices ſolent poſt graues curas, & adminiſtrationis Iuſtitiæ vexationes, ipſa muſica recreari & delectari ad laboris leuamen; ex quo magna Muſicæ laus oritur; *vt ait Horatius lib.* 1. *epiſto-*

R

exquirentibus veritatem. *Ecclſ.* 34. De his verè dici poteſt illud Sacræ Scripturæ: *Beati, qui ſeminant ſuper Aquas*, ideſt ſupra Populos. *cap. cum Marthæ* §. *verum Inter de celeb. miſsar*. Semen quippè ſatum in chartis, perpetuò manet: tamen cum non ſit mei inſtituti huiuſmodi quæſtiônem examinare, referam illos, abſq; præiudicio præcedentiæ, ſecundum ordinem quo occurrerunt Doctores legendo. Vndè.

Chiro, qui fuit ſapientiſſimus Iuriſta, & Medicus ſimul muſicam profeſſus eſt, & in ea multum floruit, vt habetur apud *Plutarch in lib. de Muſic.* ibi: *namque, & Herculem Muſica vſum fuiſse audimus, & Achillem, & alios multos, quorum magiſter fuit Chiron ſapientiſſimus Muſicæ ſimul, & Iuſtitiæ, & Medicinæ Doctor.*

Crates Thebanus magnus Philoſophus in ſenectute Muſicam didicit, indignum exiſtimans è Mundo diſcedere, ſinè illa *Val.Max.tit.de ſtud.& induſtr.*

Ariſtodemus Philoſophus fuit Muſicus excellentiſſimus, floruit anno ab orbe condito 4536. in quarta mundi ætate, tempore, quo fuit ædificatum Biſantium ab Imperatore Coſtantino. *Sanſouin.& Faſcicul. tempor.*

Socrates, licèt prouectæ eſſet ætatis, voluit Muſicam addiſcere pro ſui animi recreatione à Conno Fidicine, quia magno olim prætio æſtimabatur, vt inquit *Polidor. Virg. lib.* 1. *de inuent rer. c.*14. *in fin.* imò dedecus erat muſicam ignorare, *Iſidor.lib.* 3. *orig. c.*2. *aliàs is.* Cum autem ei diceretur. *Numquid non verecundaris in ſenectute his operam dare ſtudijs?* reſpondit: *Maiorem verecundiam eſse in ſenectute ignorantem exiſtere, quàm in ſenectute ſtudere. Plato ità.* Tanti enim Muſicam faciebant Veteres Philoſophi, vt Themiſtocles habitus fuerit indoctiſſimus, quod in epulis recuſaſſet lyram. *Cicer. lib.*1. *Tuſculan.*

Pythagoras Muſicæ ſtudio vſus, iudicium Muſicæ per ſenſum reiecit, quod tenuem eius virtutem eſſe prædicaret. Quò circà non auditu, ſed harmoniæ conuenientia iudicium de ea faciebat, atque ad *Diapanſon.* vſque ſiſtere Muſicæ cognitionem eſſe ſatis cenſebat: *ità Plutarch. de Muſic.*

Ariſtotiles Muſicam profeſſus, inter ingenua exercitia Muſicam connumerat, & vult omninò Ciues ſuæ Reipublicæ, in ea inſtui, & exerceri, dum Iuuenes ſunt: Seniotes verò Iuuenum concentibus intereſſe, tanquam Cenſores, & Iudices, ne effeminato aliquo, mollique rythmo animi iuuentutis corrumpantur; idem *Ariſt. lib.*8. *Politicor.*

Plato Magnus Philoſophus Muſicam coluit, atque illa vſus eſt, vt ipſemet probat in ſuis ſcriptis.

Clinias Philoſophus Pithagoreus Muſicam exercuit, nam ſæpè cytharæ

Digitized by Google

tharæ ſono animum recreabat; vt refert *Aelian.lib.14. de var.hiſtor.* & *Athen. lib.14. c.10. ex Chamaleonte Pontico.*

Plutarchus Magnus Iuriſta, & Philoſophus, Muſicam profiteri non eſt dedignatus, cum ſciret eius præſtantiam, & nobilitatem, vt ex multis Doctoribus habetur, & eiuſdem libri de muſica teſtantur.

Solon Philoſophus, & Iuriſta, Muſica Athenienſes coegit ad recipiendam ſalaminem, & ad legem de illius receptione tractantem, abrogandam incitauit. *Polyen. lib. 3.*

Alcidamas Eleates Philoſophus, fuit Muſicus clariſſimus diſcipulus Gorgiæ Leontini, & de Muſica elegantiſſimos libros ſcripſit. *Teſte Suida.*

Hieronymus Fracaſtorius Veronenſis Mathematicus inſignis, Poeta excellens, & Medicus clariſſimus, multis aliis virtutibus clarus Muſica vnicè delectabatur, eaque veluti cote ſeriorum ſtudiorum vtebatur; atque etiam in ætate prouecta illam exercuit, & ſummopere coluit. *Adam. Fumanus in eius vita.*

Ioannes Picus Mirandula Vir doctiſſimus primis ſuæ iuuentutis annis Muſicæ ſcientiam in omni genere profeſſus fuit, ità vt quamplures cantilenæ concinnè, modulatè, & harmonioſiſſimè per ipſum mirum immodum, compoſitæ, & inuentæ fuere *Io: Franciſcus in eius vita.*

Ioannes Fernandus Vir omni admiratione dignus, vritutibus præclarus, cæcus, ità excellẽs Muſicus euaſit, vt ſolus memoriter carmen quoddam quatuor vocum componeret; Id quod alii vix ſcribendo conſequi poſſent: ità *Fulgoſus* ſubdens, quod aliis Muſicis inſtrumentis tam peritè ſonos modularetur; vt audientium aures, nõ ſolum ſuauitate demulceret: ſed etiã artificii magnitudine veluti captos detineret.

CAPVT VNDECIMVM.

Vbi de quibuſdam Pictoribus Illuſtribus, qui Muſicam exercuerunt, agitur.

COgnouerunt, & experti ſunt nobilitatem, & præſtantiam Muſicæ antiquis temporibus omnes gentes & cuiuſcunque generis Viri Illuſtres, vt ſupra demonſtratum eſt, ex quo laus ipſi Muſicæ prodiit. In præſenti aliud motiuum obuiam venit illam laudandi; & eſt iſtud. Pictores ſcilicet, qui, vt dicit *Laurentius*

Digitized by Google

t.us *Valla in proem. ſuar. elegantar.* Sunt Viri laudabiles; nam proximi ſunt Artibus liberabilibus; quia pictura eruditionem maximam præfert, & commercium habet cum Poetica, & Oratoribus, vt inquit *Patrit. de inſtit. Reip. lib.* 1 *tit.* 10. & Sextus Empiricus ex Symonidis Poetæ ſententia inquit, quod pictura, eſt tacita Pœsis: Poesin autem loquax Pictura; Pictores itaque magni Muſicam faciebant, maximam eius vim, & virtutem experti. Et cum ipsi sint viri honeſti, & laudabiles, ac nobiles, ex quo Viri non ordinarij picturam exercuerunt, vt Plato, Diogenes, Cicero, Marcus Antonius Imperator, Fabius Maximus, Tyberius Imperator, & quam plures alij quos refert *Caſſan. in cat. p.* 11. *conſ.* 44. Et ſunt priuilegiati in iure, sicut cæteri nobiles ità vt exempti sint ab hoſpitijs militum, vt eſt *textus in l. Archiatros C. de metatis, & epidemetic. lib.* 12. Ideò laus Muſicæ prouenit ex eo, quia ipſi etiam Muſicam exercuere, & in magna æſtimatione illam habuerunt, vt.

Theon inſignis Pictor, cum virum armatum pinxiſſet, qui excurſionem ex vrbe repentè faceret, & furore quodam correptus in hoſtes irrueret: non tamen prius oculis hominum exhibuit picturam, quam tibicidinem, iuxta collocaſſet, quem iuſſit carmen orthium canere, penetrans, & clamoſum, quam fieri poſſet maximè, & quod ad prælium animaret. Simulac igitur auditum eſt carmen aſperum, & horrendum, atque tuba quaſi armatorum expeditionem ſonante, picturam oſtendit, & miles conſpectus eſt, cum efficaciorem cogitationem de excurrente in animis hominum cantus excitaret. ità *Aelianus lib.* 2. *de var. hiſtor.* Hoc autem fecit, quia ſciebat vim, & potentiam muſicæ, cum & ipſe Muſicus eſſet.

Parrhaſius pictor etiam inſignis cantilenis, & modulis laborem mitigare ſolitus erat. *Theophraſtus apud Aelian. lib.* 9 *de Variar. hiſtor.*

Nicias Pictor, cum in opere diligentiſſimus eſſet, laboris tædium cantando ſolebat fallere; *Idem ibid.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT DVODECIM.

Vbi de quibuſdam Mulieribus illuſtribus Muſicæ ſtudioſis.

POſt Viros illuſtres, qui muſicam exercuerunt, meritò ſuccedit ſeries mulierum illuſtrium exercitio quoque eiuſdem famoſarum, licet autem enumerare potuiſſem inter Viros illuſtres, cum maſculinum genus regulariter contineat fæmininum *per text. in l. qui duos 60. in fin. ff. de legat.* 3. *& l. inter ſtuprum* 101. *ff. de verbor. ſignif.* tamen quia mulieres illuſtres doctæ retinent quandam præeminentiam particularem, nam habetur in Sacra Scriptura *Prouerb.* 14. *quod mulier ſapiens ædificat domum*; ideò ſeparatim illas enumerare volui, ex quibus etiam, non leuis Muſicæ laus prouenit, non ſecus, ac ex magnis, & Illuſtribus Viris, ſupra enumeratis, qui Muſicam exercuerunt. Mulier enim eſt nobilis, ſicut vir, per Sacram *Geneſ.* 1. *&* 2. cum ſit adiutorium ſimile homini, & os ex oſſibus eius, & caro ex carne illius, & ideò magnus ei eſt adhibendus honor particularis inter cæteras mundi res, ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, facta eſt mulier, ſicut, & homo; maſculum enim, & fæminam creauit eos. *Geneſ.* 1. *& Eccleſiaſtic.* 17. Imò mulieres præſtant gloriam hominibus, vt habetur *Eſdræ* 3. *c.* 4. vbi habetur, quod fæminæ dominantur hominibus. Inſuper dici poteſt, quod mulieres ſint excellentiores viro, cum vir creatus fuerit ex limo terræ, & mulier de coſta viri, & ſic de materia digniori, vt *Geneſi c.* 2. Et tandem Adam fuit factus in Agro Damaſceno, extrà Paradiſum; Eua verò in Paradiſo facta fuit, vt habetur *in text. can. illud* 40. *diſt. ergò. &c.*

Ex alio item capite, ſeparatim mulieres poſui, quæ Muſicam exercuerunt, & exercent, licet in paruo numero adduxerim, cum plures enunciare potuiſſem; ipſæ namque multum appetunt gloriam, & cupiunt laudari, vt dicit *Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verb. cuidam Petro nu.* 38. *de teſtament.* Ideò per caput diſtinctum, & modo particulari enumeraui. Quarè deueniendo ad propoſitum aſſumptum, prima ſe offert ex antiquis.

Lamia, quæ mulier fuit ætate Demetrij Macedonum Regis formoſiſſima, quæ tibiis omptimè fertur cecinisse, & canendi ſuauitate magnam, apud homines promeruiſſe gratiam, qua arte ſic

Demetrium ineſcauit, vt ille nihil haberet cariùs, & quod maiori Beneuolentia proſequeretur; Quarè Thebani Regi blandientes Veneris Lamiæ delubrum conſecrauerunt. Hæc *ex Plutarcho refert textor. in offic. tit.cyt. tibic.cant.& muſ.*

Aglais Megaclis filia fuit adeò inſignis Muſica, vt in paupertatem deducta tubicinio vitam foueret. *textor. ibid.tit. tubicin.*

D. Adreana Baſilis Neapolitana vxor egregij viri Mutij Baronis Terræ Fiſcaldi Conſentinen. Diæceſ. non vulgarem adepta eſt gloriam ex virtute Muſicæ, quam perfectiſſimè callebat, & in ſupremo gradu exercebat, quam Ego annis præteritis Neapoli in magna æſtimatione apud omnes eiuſdem Ciuitatis Nobiles, & Primates habitam cognoui. Quæ propter ſuam pulchritudinem; & honeſtatem; inſignem virtutem, & morigeratam vitam, ab omnibus in prætio habita fuit, multiſque honoribus decorata. Hæc plures habuit filias virtuoſiſſimas, inter quas.

D. Eleonora Barona vxor D. Iulij Caſtellani Romani, propter eius ſingulares virtutes, & animi dotes, ſed præſertim propter Muſicam, quam magno cum decore exercet pro animi recreatione in magna extimatione habetur, magno, & frequenti totius vrbis applauſu; Ipſis in dies, vndecunq; turmatim ad eius domum conuolantibus. Et cum annis præteritis fama ad Auguſtiſſimam Francorum Reginam perueniſſet, ab eadem benignè vocata, eò ſe tranſtulit; à qua non ordinaria delectatione recepta, maximis donis, vt tantam decebat Reginam, illam cumulauit, & quibuſdam honoribus, & titulis decorauit. Et cum in illa Regia per aliquod temporis ſpatium, moram traxiſſet; venia tandem obtenta, magnis donis etiam ab inuictiſſimo Rege Regnique Proceribus locupletata, diſceſſit; Relicta tamen immortali ſuæ virtutis fama.

Finis Sextæ Partis.

CA-

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS SEPTIMA.

CAPVT PRIMVM.

De Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ex Auctoritate, & obſeruatione, atque exemplis.

IN præcedenti ſexta parte, quoad potui, prĕſtantiam, & nobilitatem Muſicæ patefacere conatus fui, ex eo motiuo, quod illam magni, & Illuſtres Viri exercuerunt, ex quo non vulgaris ipſi laus, & honor reſultauerit: In præſenti verò oſtendere conabor ipſiuſmet præſtantiam, & nobilitatem alia ratione, ex qua ſimiliter magna oritur ipſi laus, & honor, atque nobilitas; authoritate ſcilicet, obſeruatione, ac maiorum exemplis, quibus ſæpiſſimè ſcribentes vtuntur, argumento. *l. antiqui ff. ſi pars hæredit. petat. & ibi Odofred. & alij DD. notant.* ſimiliter obſeruatur per *Præpoſitum in c. conſtantinus 96. diſt.* vbi dicit, quod argumentum ab authoritate, & exemplo maiorum, valet in Iure; imò eſt firmiſſimum, non negatiuè, vt in caſu noſtro; Quod comprobatur per *Gloſam in l. mulier. bona ff. de iur. dot. & Bal in Authent. ſi quas ruinas in pulchra, & quotidiana queſtione C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Imò arguere ab authoritate, &

exem-

Digitized by Google

exemplo maiorum,non modò procedit,& licet in exemplis Chriſtianorum, ſed etiam in exemplis Paganorum, vt eſt textus notabilis *in cap. quaſtd.* 13. *q.* 2. *& ibi Archidiac. & in c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. Qua propter magna ex hoc capite, & ratione reſultat Muſicæ laus, atque præſtantia; nam Antiquitus ipſa in magna habebatur extimatione, & prætio; quod patet quia, illa, in omnibus eorum geſtis, vtebantur; ſiuè ad excitandos militum in bello animos, ſiuè ad permulcendos eoſdem, ſiuè ad ſignum dandum educendi exercitus, & certaminis conferendi; ſiuè ad ſacra facienda, aut conuiuia, & feſta celebranda: ſiuè quodcunque aliud ſerium agendum. Et ideò etiam hodiè in maximo honore, & æſtimatione haberi debet: *argumento l. ſi cui §. iiſdē ff. de accuſation. & l.* 2. *ff. de ſenat.* & eſt optimus textus *in cap. mandata, & & in cap. ſcribam, vbi Gloſ. & D.D. de præſuption.* Quæ illatio, vt nunc ſit magnifacienda Muſica, ſicut antiquis temporibus habebatur, non eſt contemnenda, nam omnia extrema continet, quę ponit *Euerard. in topica legali; loco à tempore ad tempus n.* 5. ſcilicet quod præteritum, ſit verum, & hoc dicitur extremum à quo; & præſens, ſit poſſibile, & hoc eſt extremum ad quod, veluti olim Dominus, per *tex. notabilem in l ſinè poſſidetis C. de probation.* Ambo autem iſta duo extrema concurrunt, & verificantur in aſſumptu meo, Ergo; Antecedens negari non poteſt ex hiſtorijs infra adducendis: Conſequens patet, cum implicantiam, & impoſſibilitatem non habeat. Vndè firmum, inconcuſſumq; vndequaque remanet, Muſicam exiſto aliò motiuò, nobiliſſimam, & præſtantiſſimam, eſſe. Dico igitur quod Muſicæ diſciplina antiquitùs tantam exiſtimationem habebat, vt meritò diceretur, quod tàm turpè erat Muſicam neſcire, quàm litteras, vt refert *Diu. Iſidor. in lib.* 3. *origin. c.* 2. *alias* 15. vbi etiam, ait, quod interponebatur, non modo ſacris, ſed & omnibus ſolemnibus, omnibuſque lætis, vel triſtibus rebus. Vt enim, inquit ipſe, in veneratione Diuina *Hymni*: ità in nuptijs *Hymenæi*, & in funeribus *Threni*, & lamenta ad tibias canebantur. In conuiuijs verò lyra, vel cythara circumferebatur, & accuſantibus ſingulis ordinabatur conuiuiale genus canticorum.

Hinc eſt, quod apud *Græcos* vetuſtis ſæculis tantæ æſtimationis erat vt meritò eorum pueros muſicam addiſcere curarent, ad mores animi componendos, qui ad omnia exercitia, non modo vtilem, ſed & neceſſariam cognoſcebant, *vt Plutarchus* inquit *in lib. de Muſic.* Quarè Epaminundas thebarum Princeps, tanquam excellens in Muſica, laudatus fuit. & è contrà Themiſtocles, tanquam huius diſciplinæ gnarus, valdè repræhenſus. *Cicer. lib.* 1. *Tuſculan.* Et tanti Muſicam faciebant Græci, vt eorum ſapientia per Muſica theoremata, præcipuè.

Digitized by Google

puè tradita fuiſſe videtur. Idcircò exiſtimarunt Apollinem, omnium Deorum Sapientiſſimum, & Orpheum, omnium virorum peritiſſimum, quia Muſicam optimè callebant; & eos omnes, qui hac ipſa virtute vterentur, *Sophiſtas* appellarunt. *Athen. lib.* 14. *c.* 13.

Sybaritæ tanti Muſicam faciebant, vt equos quoque Muſicam docere curarent, vndè Crotoniatæ eorum inimici ſcientes illorũ equos ſolitos tripudiare ad tibiarum ſonum, bellum cum illis geſturi, præparatis Muſicis inſtrumentis in prima acie, dato ad pugnam ſigno Muſici inſtrumenta pulſare cæperunt, audito ſono equi ſaltabant; at Crotoniatæ ad eorum occiſionem ſuos milites ſtimulantes, illos vicerunt. *Athaneus Dipnoſophi lib.* 12. *cap.*6. ibi: *Sybaritarum deliciæ, & Crotoniatarum, & cæt.* deinde. *Biſaltæ militarunt in Cardiam. & vicerunt: Biſaltarum Dux erat Onaris, qui cum puer eſſet, emptus fuit in Cardia, atque cũ Cardiano cuidam ſeruiuiſſet (erat autem Cardianis reſponſum oraculi, quod in eos Biſaltæ conſurgerent, de quo in tonſtrina ſæpiùs ſedentes, diſſerebant.) Hic igitur ex Cardia aufugiens in Patriam ſuam, Biſaltas in Cardianos concitauit, atque Dux à Biſaltis declaratus fuit; omnes namque Cardiani Equos in Sympoſijs ad tibias tribudiare docuerant, atque pedibus poſtremis ſtantes, prioribus, ſonos cognoſcentes tripudiabant. Cum hæc igitur ſciſſet Onarijs tibicinam habuit ex Cardia, quæ ad Biſaltas profecta multos tibicinas inſtruxit, quibus cum, & ipſa in Cardiam militauit; Vbi verò pugna fuiſſet incepta, tibias inflare, moduloſque emittere iuſſit quoſcunque equi Cardianorum cognouiſſent. Eos vbi equi audiuiſſent, ſuper poſtremis pedibus ſe firmarunt, atque in tripudium ſunt cum verſi, Cardianorum autem vis omnis in equitatu poſita erat; atque idcircò victi, ſuperatique fuerunt.* Quod etiam refert *Ariſtot. in Repub. eor.* Erant Sybaritæ Populi Potentiſſimi in Citeriori Calabria, & propriè in territorio Ciuitatis Caſſani, nunc dictæ. Eorum Metropolis dicebatur Cardium, nunc verò vulgo dicitur *Ciuita Mendonia*, in loco, qui dicitur *Gadella.* eſt autem non ſpernenda maiorum traditio, quod Ciuitas Caſtriuillarum patria mea, Ciuitas Caſſani, & Turium fuerunt ædificatæ â Sybaritis maximo cum luxu. Cuius rei adhæc vſque tempora perennis extat memoria in Sybari fluuio, Ciuitatis Caſtriuillarum pedes lambente, eiuſque delicijs, ac fertilibus agris vbertim inſeruiente.

Apud Arcbades ità moribus receptum erat, imò lege ſancitum, vt ad trigeſimum vſque ætatis annum, Muſica imbuendos curarent. Cæteras artes apud eos ignoraſſe, nulla prorſus ignominia erat; Muſicam verò neſcire nemo poterat, quia neceſſariò diſcebatur *Polibius lib.* 4. *hiſtor.*

Neque id laſciuiæ cauſa, vel deliciarum luxu, ſed vt labores aſſi-

duos,

duos, & vitæ duritiam, atque aſperitatem in fracto animo ferrent. Quod etiam regiſtratur apud *Athen. lib.* 14. *c.* 11. *Cel. lib.* 9. *ant. Lect. c.* 9. *& Virg. in Bucol. eclog.* 10. *inquit.*

Triſtis, at ille tamen Cantabitis Arcades, inquit.
Montibus hæc veſtris: Soli cantare periti
Arcades: ò mihi tum quàm molliter oſſa quieſcant.

Cynæthenſes Arcades intermiſſo Muſicæ ſtudio, & exercitio, ſunt penitus efferati. *Cel. ibid. vbi ſupra.*

Apud Athenienſes ſolemnè erat Belli Ducem creare, non gratia, aut fauore; neque propter generis claritatem, aut opum, diuitiarumque copiam, ſed maxima adhibita diligentia, atque incorrupta integritate eum eligebant Ducem, qui poſſet militibus imperare, & Muſicam non ignoraret vt teſtatur *Elianus lib.* 3. *cap.* 8. Quod comprobatur facto cuiuſdam Phrinici militis qui nō claranatus ſtirpe, nec maiorū titulis nobilis, nullo familiæ, nullo auiti Sanguinis ſplēdore cōſpicuus; ſed eo tantū Belli Dux, & totius Imperator exercitus conſalutatus, & creatus fuit, quod in tragœdia quadam ſuaues modulos per quàm blandè ceci niſſet, & præſentium animos iucunditate cantus, ſuprà quā dici queat, ſuauiter detinuiſſet. Rati, & quidem ſapienter, bellicis rebus eum cum vtilitate, ac dignitate præfuturū; qui tam appoſita modulatione, & ad bellum accommodata circumfuſæ admiratione panegyris ceciniſſet. vt refert *Pellegrin. in paradox.*

Priſci Gentiles in tanta veneratione Muſicam habebant, & tanti illam faciebant, vt naturali eorum lumine, auſi ſint pingere Deos, in manibus Muſica inſtrumenta geſtantes, non quod cantarent, & ſonarent; ſed ad denotandum, quàm grata ſit ipſis harmonia, vt teſtatur *Plutarchus in lib. de animæ procreatione in fin.* ibi *Priſci Muſica inſtrumenta in manus Deorum Imaginibus poſuerunt, non ſanè, quod eos lyra, aut cythara ludere putarent; ſed quod nullum Deo opus conuenientiùs eſſe iudicarent, quàm conſonantiam, & harmoniam.*

Sic hodie à nobis pinguntur Angeli, eadem quippè ratione, vt ar-arbitror; & ſimiliter ad inducendum Chriſti fideles ad Cæleſtis Paradiſi harmoniæ conſiderationem; alias enim non ſic facilè moueretur animus ad Cæleſtium contemplationem, & ad conſiderandum, quam ſuauis ſit illius ſupernæ patriæ gloria, ac melodia, cui comparata iſta terrena Muſica, dici potiùs poſſe reor diſſonantiam, quàm harmoniam. Ad quod dicendum, ducor exemplo Diui Franciſci de Aſſiſio, qui Cæleſtis gloriæ amore inflammatus, concentum Paradiſi. audire cupiebat, cui apparuit Angelus manu geſtans lyram, qui vnico tantum tractu, tantam illi contulit ſuauitatem, vt niceſsaret, breui

ui ſe moriturum crederet vt habetur *in Cronic. Fratr. Minor.* Vndè ad oſtendendum quoque quàm grata ſit Dijs Muſica, dixerunt, Muſas poſt Orphei mortem (quem Pœtæ canunt à Baccantibus laceratum, quia ſua lyra Deum Bacchum laudare noluit) eius lyram in Cælos collocaſſe, Deos; & ideò lyra eſt cæleſte ſignum, vt ait. *Varro lib. 2. de re ruſtic. c. 5.*

Probatur etiam quanti Musicam æſtimarent Antiqui facto Eunomij Cytharædi Locrensis Calabri, cui ſtatuā erexerunt, quæ cicadam cytharæ inſidentem habebat; ex eo quia certando de Muſica cum Ariſtone Rheginenſi, cum inter canendum, vna cytharæ corda frāgeretur, cicada ſuperuolans aſtitit, ac vocem alioqui defuturam ſuo cantu ſuppleuit; atque ità victor declaratus ſtatuam locris poſuere, cū cicada cytharæ inſidente. *Strabo lib. 6.* qui citat *Timæum* Auctorem, & *textor. in officin. tit. cytharedi.* Similiter Thebis Bęotijs poſita eſt ſtatua Pronomi tibicinis, qui vnus maximè appoſitè omnium, ad aures multitudinis permulcendos tibijs cecinit; & totius corporis motu mirificè ſpectatores in theatris delectauit. Huic viro thebani ſtatuam poſuere. *Pauſan. in Bæot,*

Probatur etiam quantæ exiſtimationis erat apud Antiquos muſica, quod quilibet in quacumque ſcientia doctus, ſi huius diſciplinæ expers eſſet, ab omnibus repellabatur, tanquam indoctus, & ab eorum conſortio excludebatur *Cicer. lib. 6. de repub. & ſup. dix.*

Vnde hac ratione Hæſiodus Poeta inſignis excluſus fuit à certamine Poetarum, quia cytharæ ſonum non didecerat, atque illa cantare. *Pauſan lib. 10. de Scriptura veteris Græciæ.* Themiſtocles quoque, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus fuit indoctus. *Cicer. lib. 1. Tuſculan.*

E' contrà verò valdè laudatus fuit Epaminundas Thebarum Principes, quod cytharizare, & cantare ad cordarum ſonum eſſet eruditus, *vt alibi dixi*. Hinc Socrates, & multi alij Philoſophi in ſenectute muſicam didicit. *vt etiam alibi innui, & teſtatur Cæl. lib. 5. antiq. lect. c. 20. in prin. & Patrit. in præfat. de inſtit. Reip. lib. 2. tit. 2.* Quod & Crates thebanus fecit Philoſophus egregius, imò ſciens, quod muſica ex vocum varietate, & cognatione quadam, occultaque vi, quam cum anima habet, occultos quoſdam producit effectus, iuſſit, vt Iuuenes illam omninò addiſcerent, vt animos ad ordinatos appetitus, & debitos motus diſponerent, & ordinarent. *Valer. Max. tit. de ſtud. & induſtr.*

Magni Principes, & ſupremi Iudices ſolent poſt graues curas, & adminiſtrationis Iuſtitiæ vexationes, ipſa muſica recreari & delectari ad laboris leuamen; ex quo magna Muſicæ laus oritur; *vt ait Horatius lib. 1. epiſto-*

Digitized by Google

epiſtolar. ad ſauam: *Principibus placuiſſe Viris non vltima laus eſt.* quia, etiam in recta Iuſtitiæ adminiſtratione animus imperantis diſtrahitur, & vexatur, teſte *Ouid. lib. 1. de Pont. eleg. 3. ad Maximum.*

Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.
Quique dolet quoties cogitur eſſe ferox.

Et ideò eſt ſuccurrendum animo egenti dulcedine cantus, nam, vt inquit *Boetius de muſ. c. 1. & alibi dixi*; *Nihil eſt tam proprium humanitatis, quam remitti dulcibus modis, adſtringique contrarijs.*

Cum ergò inter homines omnes, Populos, & nationes Muſicæ tanta ſit dominatio, non eſt mirum, ſi eius dulcedine capiatur omne, quod viuit. Quapropter non ſolum à Græcis, & Latinis, verum etiã ab Hæbreis in magno honore, & pretio habita eſt muſica; Hinc eſt, quod propter Muſicæ modulationis ſuauitatem, & voluptatem, quam plures celeberrimi Scriptores ex ipſis, rythmis muſicis, numeroſiſque modulationibus, ad lyram carmina compoſuere, & ſua ſcripta mirum in modum contexerunt. De quo non vulgare exemplum habemus in Pſalterio Dauidico, quò modulatiùs nihil, canorumque nullum, quod, vt ait *D. Hieron.* admodum Poetarum Pindari, & Horatij, nunc iambo currit, nunc ſapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur; ſunt etiam apud Hæbreos multa alia, muſica modulatione compoſita, nam quid Deuteromij, & Eſaiæ canticis pulchriùs? quid Salomone venuſtiùs? quid perfectiùs Iob? quæ omnia Scripturæ loca, vt *Joſeph Habr. & Origines* ſcribunt Hexametris, & Pentametris verſibus, citra aſperitatem, apud Hæbreos compoſita inueniuntur, & Muſicis modis per ipſos canuntur, *vt multi D.D. teſtantur.* & à nobis legi, & pertractari non prohibentur, *per tex. in can. legimus 2. 37. diſt.* vbi dicitur *legimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus*: *legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus, vbi Gloſ. notat mirabiliter*, & *in can. legimus de Beato, ead. diſt. 37.* habetur per *Caſſiodor.* quod debent legi quædam, quæ aliàs videntur non admittenda, propter eruditionem, & alias rationes.

Hyberni **magnoperè Muſicam exercent, cuius peritiſſimi ſunt; cæteras artes tantò cum ſtudio non faciunt; canunt autem tùm voce, tùm etiam fidibus elegantiſſimè, ſed vehementi quodam impetu, ità vt mirabile ſit, in tanta velocitate vocis, linguæ, & digitorum; poſſe artis numeros ſeruari; Id quod illi ad vnguem faciunt.** ***Balæus Scriptor. Britanniæ centur. 13. & Polydor.***

Alexandrini **ſunt artis muſicæ valdè periti, neq; pulſandæ cytharæ ſolùm, cui vel pauperrimus quiſque priuatus, atque indoctus omnis, ità eſt aſſuetus, vt quam celerrimè depræhendere poſſit errores om-**

nes

Digitized by Google

nes, qui in pulſatione cordarum fiunt: ſed tibiarum etiam ſunt peritiſſimi, nec earum ſolùm, quæ virgineæ, & pueriles vocantur, ſed & earum, quæ dicuntur viriles perfectæ, & ampliores cyhtariſtariarum, & Dactilicarum. *Athen. lib.4. c.24.*

Quod verò ſupra demonſtraui, concludere neceſſe eſt auctoritate Macrobij *in ſomm. Scip. lib. 2. c. 2.* vbi ait *In ipſis quoque hymnis Deorum per ſtropham, & antiſtropham metra canoris verſibus adhibebantur: vt per ſtropham rectus Orbis ſtelliferi motus: per antiſtophram vagarum regreſſus prædicaretur; ex quibus duobus motibus, primus in natura hymnus dicandus Deo ſumpſit exordium.*

CAPVT SECVNDVM.

In quo probatur, quod Muſicæ vſus fuit in Sacrificijs Antiquis.

PRiſci Gentiles naturali eorum lumine cognoſcendo quantum Muſica prodeſſet Diuino Cultui, & ad laudãdum Deum neceſſaria, ſemper illa vtebantur in eorum ſacris, in quibus falſos Deos venerabantur, & viros fortes, & illuſtres celebrabant, vt ait. *Alex. ab Alex. lib.4. c.11.* ibi: *In Priſcorum Sacrificijs, ſemper inter veſcendum Dijs canere ſolebant, quibus ſacrum fiebat. Sciebant enim quod per Muſicã faciliùs mens extollitur ad Deũ laudandum, & Macrob. lib. 2. in ſomm. ſcip. c.3.* inquit quod apud Alios *Lyra, & cythara, apud nonnullos tibijs alijſuè Muſicis inſtrumẽtis fieri ſolebãt ideo David in pſalm.68.* ait. *Laudabo nomen Dei cum Cantico, & magnificabo eum in laude.* Qui ſi fidei catholicæ lumen habuiſſent, maiorem vtique laudem vero Deo tribuiſſent; Nos autem adhibemus Muſicam in ſacrificijs, magna cum differentia ab illis, nam honoramus, & laudamus Deum Verum, & viuum, & exhibemus verum cultum, *Secundum textum in Clement. Si Dominum in Sanctis de reliq. & venerat Sanct.* Sciuiſſent etiam, quod non eſſent alteri ſacrificia facienda, ſi fidem veram habuiſſent, niſi ſoli Deo, qui eſt vnus in eſſentia, & trinus in Perſonis, *vt in cap. 1. de Sum. trin. & fid. cathol.* & qui eſt Verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, & omnipotens, atque ineffabilis, vt ibid. habetur, & *in cap. Damnamus ver. nos autem de ſum. trin. & fid. cath; & eſt etiam textus in l.1. circa princ. C. de Sum. Trin. & fid. Cat.* Qui ſolus eſt adorandus, & ipſi ſoli Sacrificium eſt faciendum, vt dicit. *Innocentius*

Digitized by Google

centius in cap. 2. de celebr. miſſ. & Lucas de Pen. in l. 1. C. de veteran. lib. 12. Illi autem credentes verum Deum, falſos Deos, eſſe, potiori, quo poterant cultu, illos laudabant, propterea in eorum Sacris peragendis Muſica vtebantur. Ait *enim Liuius lib. 9.* ab Vrbe tibicines ſolitos præcinere Sacrificijs Romanorum, *& pes ſpondæus* ità dictus, quod in Sacrificiis libantes eo maximè vterentur, cum Græci *Spondium* libamina appellent. Numa Pompilius hunc pedem pontificium nuncupauit, cũ ſpondei melos, ideſt, cantus, patrios placaret indigetes. Prætereà thure, incenſis altaribus, tibicinem ſpondeum canere iubebant, vt duabus longis Symphoniis, quaſi duplicibus, & iugibus vocibus, proſpera Deorum voluntas firmaretur. *Polyd. Virg. lib. 6. de rer. inuent. cap. 2.*

In Sacrificijs Priſcorum, poſt cantiones aliquas ad Aras Deorum expletas, attendebat aliquis Sacra certis verſiculis clauſurus. Hunc appellarunt *Epodon*: proptereà, quod poſt alias cantiones, & hymnos pronunciabat teſte *Gal. lib.* 17. *de officio partium humanar. Scaliger. lib. 1. Poet. cap.* 44.

In Delo nullum omninò ſacrum fiebat, ſinè Muſica. *Ibidem.* Apud Curetas quoque nullum fiebat Sacrificium, aut Numinis ſalutatio nulla, niſi adhiberetur Muſica, aut ſaltatio, vt ait *ſtrab. lib.* 10. aſſerens eſſe Cretæ Inſulæ Populos, qui & Curetes, & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati ſunt, ex Ida Phrygiæ monte oriundi.

Cybelis Sacerdotes (fuit enim vxor Saturni ità dicta à Cybelo Phrygiæ monte, ſeù oppido, vbi eius Sacra primò ſunt inſtituta) ſacra facere ſolebant cum ſonitu tympanorum, & tinnitu cymbalorum. *Strabo, lib.* 10. Scribit Feſtus Cybelem à nonnullis ideò appellatam, quia ageret homines in furorem, quippè Græci Cibisà in caput ſaltare dicunt, qua voce vtitur *Homer. Iliad. ib.* Sacerdotum autem Cybelis proprium erat, caput rotare. *Suidas* ſcribit *Rheam* quoqne vocari, & montanam eſſe Deam, ideò vehi leonum iugo. Hæc primum terra, *& ops* dicta fuit, quod ſit Dea telluris.

Apud Indos nullum ſimiliter fiebat Sacrificium, neque Numinis ſalutatio aliqua, niſi adhibita foret *Muſica. Scalig, & Gal. vbi ſup.*

Indi autem Populi ſunt in India, quæ eſt regio orientalis, Aſiæ terminus, quæ tam vaſta perhibetur, vt eam tradant, eſſe tertiam partem omnium terrarum. *Pomponius* ſcribit tantum ſpaciũ littoris eam occupare, quantum per ſexaginta dies, noctesque velificantibus curſus eſt. Tradunt in ea, fuiſſe quinque millia oppidorum, quorum nullum coöppido minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quẽ ab occidentali plaga deſinit, qui ſolus, præter Nilum, Cocodrilos producit Gemmis abundat, elephantos, & capricones procreat. Arbores

bores habet ſemper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Illic binæ Aeſtates, leues auræ, temperies Cæli, vbertas ſoli, aquarum abundantia; quæ omnia faciunt, vt maiora in India, quàm in cæteris regionibus naſcantur animalia. *Vrret.* eadem affirmat *in ſua Hiſtor. AEthiop.*

Athenæus lib. 14. *cap.* 14. *ex Philochoro*, narrat, quod cum ſacrificarent Antiqui, non ſemper Dithyrambos canere ſolebant (*Dithyrambi* enim erant hymni, à Dithyrambo Thebano, qui primos hymnos inueniſſe creditur, qui in honorem Bacchi ſolebant decantari; vnde *Horat. lib.* 4. *car.* ſeu *per audaces noua dithyrambos verba deuoluit*) ſed *Dionyſyum* quidem canebant (erant autem *Dionyſius* Bacchifeſta Baccanalia, in quibus carmen canebatur in eius honorem) cum libarent inter vina, & ebrietatem. Cum autem libarent Apollini canere ſummiſsè conſuebant, & cum ordine.

Imperator M. Antonius Heliogabalo ſacrum faciens, mulieres Phœniſſas adhibebat, quæ cymbala, & organa Muſica circum aras pulſarent, & in orbem curſitarent. *Herodian. lib.* 5.

Romani vſi ſunt tibicinibus in omnibus ferè ſacrificiis; præter tempus tantum, quo Roma ab fuere. Quod hac occaſione accidit; nam cum hi prohibiti eſſent in æde Iouis epulari, ſecundum vetus inſtitutum ab Appio Claudio, & C. Plautio Cenſoribus, Tybur, conſentientibus omnibus, vno agmine abierunt. Cum igitur nemo eſſet in Vrbe, qui ſacrificijs præcineret, iuſſi ſunt à Senatus Patribus legati, vt Tybur peterent, qui publicè poſtularent à Tyburtis, vt Tybicines omninò reſtituerent. Qui hortati ſunt, vt Romam reuerterentur, ſed ipſi noluerunt ſe mouere; diſſimulato negotio, eos inuitant ad feſtas epulas. Ibi, omnes compræhenſi ſunt, cum eſſent quaſi ebrij, nam hoc hominum genus, vino valdè amicum eſt, qui curribus imponuntur, & Romam ſopiti deportantur: nec prius ludibrium ſenſere, quàm plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ, adhuc ſemiſomnes lux oppreſſit. Tunc Magnus Populi concurſus factus eſt in eo loco; factumque eſt, vt reſtitueretur illis veſcendi ius, & ſic Romæ permanere vellent. Conceſſo vlteriùs, vt quotannis ſolemni cantu ornati triduum per Vrbem vagarentur, in memoriam, quod per totidem dies ab Vrbe abfuiſſent. *Sabellicus lib.* 6. *ennead.* 4. *Valer. Maxim. lib.* 2. *c.* 1. *Liuius lib.* 9. *decad.* 1.

Tyrrheni in ſacris ſingulari tibia canebãt, quæ ænea erat, tanto apud eos honore, vt non ſolùm pugiles ad eius ſonum certarent, verum

etiam

Digitized by Google

etiam, cum innexos flagris animaduerteretur, tibiæ ſonum adiungerent; *ità Ariſtotel; & Scaliger. lib. 1. poetic. c. 20.*

CAPVT TERTIVM.

In quo demonſtratur Muſica vſus in Conuiuijs.

VEluti in Superiori præcedenti capite probatum fuit per exempla Priſcorum, Muſicam in eorum ſacris adhibitam ſemper fuiſſe, ex quo magna illi reſultauerit laus: ſic in præſenti demoſtrabo, eamdem ſemper in conuiuijs, & feſtis Antiquorum per ipſos admiſſam, adhibitamque fuiſſe; ex quo conſtat, quantò pretio, exiſtimationeque antiquitus haberetur Muſica; quæ apud Romanos in omni genere conuiuiorum adhibebatur, habebāt enim tres conuiuiorum celebrationes, vt refert. *Polyd. lib. 4. de rer. inuent. cap. 14.* Erant quædam conuiuia, quæ Pontificalia dicebantur, & erant illa, quæ à Sacerdotibus in Sacrificijs parabantur; Alia dicebantur triumphalia, & erant, quæ Imperator, vel Dux, poſt victoriā Populo dabat; Alia erant funebria, vt ità honor haberetur de mortuo. Qui mos adhibendi Muſicam in conuiuijs, etiam nunc noſtra tempeſtate ſeruatur; quæ licet aliquo modo permittantur Laicis; prohibentur tamen à Sacerdotibus conuiuia fieri; *per tex. in cap. Cum autem* 44. *diſt.* quia commeſſatio, & ebrietas ab *Apoſtolo Paulo ad Roman.* 13. enumerantur inter opera tenebrarum dicens: *Abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis ſicut in die, honeſte ambulemus, non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, & cæt.* Secundo prohibentur conuiuia, quia ventris ingluuies facilè prouocat ad luxuriam, & omne opus bonum diſſoluit, vt ait *Gloſ. ibid.* & *in can. Epiſcopus, cum ſeqq.* 35. *diſt.* Fuit Clericis prohibita ebrietas, propter multas rationes, quæ ibi videri poſſunt. Sed ad rem noſtram redeamus.

Apud Veteres mos erat, vt in conuiuijs ſinguli ſuam cantionem canerent; Et ſi quis, cytharam, quæ circumferabatur, accipere recuſaret, tanquam Muſices ignarus, porrigebatur ei per iocū ramus Laureus, vel myrteus, & ad eum canere cogebatur, vt teſtatur. *Fabius lib. 1. inſtitutionum*, & propterea Themiſtocles habitus fuit indoctior omnibus, quia in conuiuio, recuſando lyram, quæ circumferebatur,

ſe

ſe Muſicæ imperitum confeſſus fuit. *Et Plutarch. lib. 1. Sympoſiacon. q.1.* refert, olim morem fuiſſe, vt in conuiuio primò voce communi Deum canerent *pænizontes*, deindè myrteus ramus vnicuique tradebatur, quem *aſaicon* vocabant, quia is, qui eum accepiſſet, caneret. Pòſt lyra circumlata, qui peritus artis fuiſſet, eam accipiebat, & in eius ſono canebat. Recuſantibus autem Muſices imperitis *Scolion* carmen dicebatur.

Apud Græcos fuerunt tria genera carminum Conuiualium. Primum erat, quando omnes, ſimul canebant. ſecundum quando, licet, omnes canerent, non tamen ordine canebant, cum ex quodam ambitu cantum exciperent. tertium verò in omnibus ordinem ſeruabat, quē tamen nō omnes animaduertebant, ſed prudētes tantū, quod carmen *Scolion.* Fuit appellatū ità *Artemon Caſſandreus.* Canebant autem ſapientes: atque ſinguli odam aliquā pulchram in mediū proferebant, quę ſententiam vtilem vitæ haberet. *Athenæus lib. 15. cap. 21.* vbi de carminibus conuiualibus multa dicit. Ariſtoxenus, & Phillis Muſicus dicunt, appellari *Scolion* ab obliquo flexu, tanquam ſerpentum voluminibus, ex quo in nuptijs circum vnam menſam multos lectos collocabant, alternis ordine, myrtos tenebant, & ſententias, atque amatorias contentiones canebant. Circuitus verò ille fuit obliquus, ob lectorum collocationem. ità *Suidas*. Et quia à diſcumbentibus melos concinebatur, quod *Harmodium* nuncupabatur: Hinc facetum prouerbium ortum habuit. *Apud me nunquam Harmodium canet*, ideſt mecum conuiuia non agitabit *Cælius lib. 27. antiquar. Lection. cap. 26. Vide Dicæarchum lib. de Muſicis certaminibus, & Damaſcenum, qui pag. 404. & ſeq.* ponit multa cantica Græcorum varij generis.

Aegyptij in conuiuijs cantare conſueuerunt lugubrem quamdam cantiunculam, quam *linum* vocabant, à Lino filio primi Regis AEgyptiorum; *linus* enim lingua Aegyptiaca *maneros* dicitur, qui cum immaturè mortuus eſſet, hoc lugubri carmine illum proſequuti fuere; Id autem faciebant, vt inter pocula mortalis conditionis memoriam renouarent. H*erodot. lib.* 2.

Refert *Olaus lib. 4. cap.* 8. quod quidam Populi Septentrionales extremis oris illius regionis Incolæ, etiam nunc cythara in conuiuijs vtuntur, qua præclara geſta veterum heroum; & gigantum patrio carmine cantant; & choreas ducunt; Hinc omnes lacrymas fundunt, & proni in terram concidunt. Quo facto cytharædi exurgunt tytharis, eos excitantes, & ad Lætiora carmina inuitantes, adſurgendum diſponunt, qua propter ſurgunt, & diem in poculis traducunt.

An-

Digitized by Google

Antiqui omnes, & moribus, & legibus conſtituerunt, vt in conuiuijs Deorum immortalium hymni canerentur, ad retinẽdam temperantiam,& honeſtatem,quæ per vini nimium potum amitti ſolent. Nam cum Cantilenæ concinnæ eſſent, virtutes excitarent, atque occulta quadam vi retinerent; Et dum Deorum accederet metus, vniuſcuiuſque mores facilè componi poſſe videbantur *Athæneus lib.* 4. *cap.* 11.

Canus Tibicen, & Choraules multas à Galba accepit pecunias,cum illum in quadam Cæna miro modo delectaſſet. *Martial. lib.* 10. & *Tranquil. in vit. Galb.* ſic ait: *Cano Choraulæ mirè placenti denarios quinque donauit, prolatos manu ſua peculiaribus loculis ſuis.*

Tyrrheni ad conuiuia Muſicam adhibebant, imò coqui ipſi ad tibiæ ſonum epulas apparabant. *Scalig. lib.* 1. *Pœtic. c.* 20.

CAPVT QVARTVM.

In quo adducuntur exempla ex quibus probatur Muſicæ vſus in funeribus.

ADhibebatur antiquitùs Muſica in conuiuijs, *vt dix. præced. cap.* quia quibuſdam accommodatis canticis hilariores cõuiuales reddebat, motuſque intemperatos moderabat; eadem ratione, ſed ad alium diuerſum finem Muſica Antiqui vtebantur ad triſtitiam, & mærorem prouocandum in funeribus mortuorum celebrandis, ad effectum mouendi hominum animos quibuſdam appropriatis modulationibus ad commiſerationem, poſteà luctus leuamen pararent mærentibus. Vndè ait *Alexander Aphrodiſæus in problem.* quod cum tubis, in funeribus, tibiæ quoque, ac tympana adhibebantur; vt hominum mortuos lugentium animi languentes eius modi, ſono excitati, minus dolorem ſentirent, qui ijs oblectamentis facilè diſtrahi ſoleant, *Quod Virgilius innuit in ſexto AEneid. de Marcello*: *Is cælo, clamorque virum, clangorque tubarum.*

Apud Romanos dicebantur *Siticines*, qui mortuos, & ſepultos canerent tuba diuerſa à cæteris tibicinibus, ſic dicti, quia apud *Sitos*, hoc eſt ſepulcro conditos canere ſoliti eſſent: plura de his *Gellius l.* 2. *c.* 2.

Cares, qui Populi Cariæ ſunt, qui nunc Aſiæ minoris partem meridio-

ridionalem, quæ Rhodum ſpectat, occupant; ſolebant vti in luctu quibuſdam tibijs magnitudine palmi, quæ reddant lugubrem, & ſtridulum ſonum; linguâ autem Phænicum illæ tibiæ, *Gringes* vocantur; quia ijs in Adonidis luctu ſolent vti; Adonidem enim eorum lingua *Gringen.* appellant. *Athenæus lib. Dipnoſoph.* 4.

Phænices ſimiliter Muſica, & ſupradictis tybiis in funeribus vti ſolebant, & illæ tibiæ Gringes ideò vocatę, vt *Eraſmus ait in Adagijs, ex Athenæo lib.*4. *Dipnos.* Sunt autem Phænices, Populi Syriæ Iudęis contermini, quorum Vrbes præcipuè fuerunt Tyrus, & Sidon, ſic dicti à Phænice filio Neptuni, & libes, vt *Sil. lib.*1. placet, vbi inquit:

Et qui longa dedit terris cognomina Phænix.

Lugubris cantio, quæ in funeribus adhibebatur Egyptiaca lingua. *Linus* vocabatur, quia, Linum Poetam, aiunt, primum *Threnos* feciſſe. Erat autem *Linus*, vt quidam volunt Apollinis, Therpſichores filius; alii verò dicunt filium Mercurii, & Vraniæ; fuit autem Poeta lyricus inſignis, qui habuit diſcipulos Orpheũ, Thamyram, & Herculem, qui poſteà illum plectro, & cythara occidit, quod eum reprehendiſſet acriter, quod eſſet addiſcendum alijs indoctior. *Virgili eclog.* 5.

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus.
Nec linus: huic mater, quamuis, atque huic pater adſit.
Orphei Callio pea, lino formoſus Apollo.

Poſtquam autem alii diſcipuli eum mortuum viderunt, lugubri quodã carmine fleuerunt, & proſequuti ſunt, quod ab eius nomine, & eiulatione *Aelianum* appellarunt, Aegyptii verò *Maneros*, nam ſic Linus eorum lingua vocatur. Idem carmen extremum vocarunt, Latini verò *Neniam*, vt plurimum mulieres conducebantur, quæ *Præfices* dicebantur, quaſi in hoc ipſum præfectæ, quæ ad lamentabilem cantum conductæ defunctorum laudes canunt; Vndè *Næuius*: *Præfica ſi mortuum laudat.* Qui moſuſq; modo in mea patria ſeruatur mulieribus binis, alternis choris canentibus, circà defuncti cadauer, ipſius defuncti conſaguineas à fletu, & lacrymis cohibendo. Namdum ipſæ defuncti laudes rythmo quodam particulari canunt, non licet ſtrepitum, nëminimum quidem facere, cum alias ſtrideant, palmas percutiant, vultum vnguibus lacerent, capillos conſcindant, & cætera huiuſmodi faciant, præſertim populares; nam Nobiles modum ciuilem obſeruant. Imò tunc temporis, nec loqui permittitur, etiam voce ſubmiſſa; ſed omnes, tanquam per legem fuiſſet iniunctum, defuncti virtutes, & laudes quietè, & attentè audire tenentur. Tonus autem eſt adeò lugubris, ac flebilis, vt quilibet audiens, velit nolit, ad flendum, quaſi coactus pertrahatur. Quod ego ipſe adoleſcens in

Digitized by Google

patria exiſtens expertus ſum; & inconcuſsè ſeruari vidi. Vſus autem, & conſuetudo conducendi Præficas in funeribus, & quidem ex ipſis meliores, non eſt recens in Mundo, cum & antiquitùs quoque ſeruabatur, nam in ſacra Scriptura colligitur ex illo *Ieremiæ Proph. c. 9. n. 17. Hæc dicit Dominus Deus exercituum: contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant, &c.*

Quod obſeruauit etiam *Ortellius in Theatro Orbis Terræ Verb. Calabria.* Attamen certum omninò eſt, idem fieri per totum ferè orbem, præſertim in Sicilia, & Neapoli, & in multis alijs Italiæ Prouincijs. Imò *Petrus della Valle in ſua Hiſtoria Perſica. p. 2. epiſt.* 17. *n.* 4. hoc idem in Perſia ſeruari teſtatur.

Elegia ſimiliter in funeribus primum dicta à quibuſdam aſſeritur; nam hæc dictio deriuatur à verbo græco, *eleo*, ideſt miſereor, ideò elegia latinè ſonat carmen miſerabile; quod innuere voluit *Ouidius in epicedio, & funere Tibulli*: illis verſibus.

Flebilis indignos elegia ſolue capillos:
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Et *Horatius de arte aman. inquit*:

Verſibus impariter iunctis, querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Quia hoc genere carminis potiſſimum miſerabiles hominum ærumnæ, & amoris quærimoniæ decantari ſoleant; quamuis poſteà rebus etiam lætis ſeruire didicerit; tamẽ frequentiſſimus vſus elegiarum translatus eſt ad amores, rationabili quidem cauſa; nam & frequens conqueſtio in amoribus, & veriſſima mors eſt, quæ à viris amentiſſimis amentiſſimo, & ingratiſſimo ſexui viuitur, vt *Scaliger. ait lib. 1. Poetica c.* 50. & Seneca ait, quod amor formæ rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus: *& Gloſ. in verba; vehementius in §. noſcimus. Auctenth. quibus modis eff. c. legit. collat. 6. inquit*

Non Frater Fratri cum furor ille venit;
Igneus ille furor neſcit habere modum.

In funere Regis Demetrii Poliorceſis carmen ſacratiſſimum accinuit Xenophantus inſignis Tibicen, cui continente remigio, clangor cum modulatione quadam, velut in planctu, reſpondit carminum ad Tibias ambitibus *Plutar. in Demetrio.*

Apud Hebreos quoque antiquitùs ſeruabatur, Muſica vti in funeribus, vt colligitur ex eo facto, quando Chriſtus Dominus, & Saluator noſter reſuſcitari voluit filiam Principis Synagogæ Iudeorum, vt habetur *Matth. cap. 9. n.* 18. ibi: *Hæc illo loquente ad eos, ecce Princeps vnus acceſſit, & adorebat eum dicens: Domine filia mea defuncta eſt, ſed veni mecum impone*

Digitized by Google

pone manum tuam ſuper eam, & viuet deinde n. 23. proſequitur *& cum veniſſet Ieſus in domum Principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem dicebat: Recedite non enim eſt mortua Puella, ſed dormit &c.* Ex quo loco clarè probatur Muſicæ vſus in funeribus Iudæorum, quod factum habetur quoque *Matt.* 5.22. *& Lucæ* 8.41.

Et non antiquitùs modo apud prædictas nationes muſica in funeribus adhibebatur, ſed etiam hodie apud omnes gentes totius orbis inconcuſsè ſeruatur, iſte vſus ſepelliendi mortuos quibuſdam certis cantilenis Muſicis diuerſis tamen modis; Præſertim apud Criſtianos omnes, & maximè Chatolicos, qui certis cæremoniis à Rituali Romano præſcriptis, & quibuſdã pſalmis muſicè à perſonis Deo dicatis ſolenniter cantatis mortuos ad Eccleſias deferunt, & ſacro Muſicè de requiem peracto illos ſepulturæ tradunt, vt omnibus liquet experientia, licet autem dicat *D. Auguſt. in lib. de Ciuit. Dei*: quod pompa candelarum, ſumptus funerum, & ſepulcrorum memoria ſunt potius conſolatio viuorum, quam vtilitas Defunctorum, & *D. Gregorius ait: curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatia, quam ſubſidia mortuorum*, quæ verba recitantur *in cap. animæ Defunctorum* 13. *q.* 2. Ego tamen teneo, quod non parum proſint animabus, pro quibus fiunt cum *Ioanne de Trurrectemat. in d. cap animæ Defunctorum col 4. & in cap. cum grauis ead. cauſ. & q.* ſi non per ſe, ſaltem per accidens, quatenus per talia homines excitantur ad compatiendum, & orandum, pro ipſis, & à fortiori valdè conducit Muſica, quæ eleuat mentem ad orationem, vt alibi dixi, cum præces ipſæ, quæ Muſica peraguntur, ſint per ſe & principaliter ad hunc finem inſtitutæ, ideò multum animabus ipſis proſunt, aſſociatæ cum muſicis modis, tam proportionatè compoſitis, ad deuotionem excitandam, vnde non poteſt dici quod Muſica nen proſit animabus Defunctorum, ſicut de pompis funeralibus ſupradicti ſancti aſſeruerunt. Nec Muſica adhibetur ad pompam tantum, ſed ad præces Deo fundendas, ſecundum præſcriptum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Quod comprobatur aucthoritate *Macrobij in ſomn. Scip. lib.* 2. *c.* 3. inquit enim. *Mortuos quoque ad ſepulturam proſequi oportere, cum cantu, plurimarum gentium, vel regionum inſtituta ſanxerunt perſuaſione hac, qua poſt corpus animæ ad originem dulcedinis Muſicæ, ideſt ad Cælum redire credantur. Nam ideò in hac vita omnis anima muſicis ſonis capitur (vt non ſolum, qui ſunt habitu cultiores, verum vniuerſæ quoq; Barbaræ nationes, cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur, vel ad mollitiem voluptatis reſoluantur, exerceant) quia ita delinimentis Muſicis occupatur, vt nullum ſit tã immite, tam aſperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu, &c.*

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

Vbi de Muſicæ vſu in ludis, ſpectaculis, & in multis alijs actionibus Antiquorum, agitur.

ADhibebatur etiam Muſica ab Antiquis in ludis, atque ſpectaculis, velut in cæteris ſeriis actionibus: ludi autem principales in multiplici ſunt differentia, ſecundum *D. Anton. in ſum. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. §. 3. *& Patriit. lib.* 2 *de inſtit Reip tit.* 8. Aut enim ſunt ludi *Gymnici*, & ſunt quando fit luctatio nudo corpore, & exercetur in Gymnaſio, & iſtorum quinque ſunt genera, ſcilicet *ſaltus, curſus, virtus, virium labor.* atque *luctatio*; Aut ſunt ludi *Circenſes* à circumeundo dicti, qui fiebant in circo, vbi loca erant, & ſubſellia equitibus, Patribuſq; deſignata *de quibus in l. Athletæ in princ. ff. de his qui not. infam.* Aut *Scenici*, & erant ludi, in quibus cantabant Comici, & Tragædi; ſaltabantq; Hiſtriones, & Mimi in ſcena; ſiuè theatro, de quibus in text. *l. quod ait prætor. §. ignominiæ cauſa. ver. ſcena autem ff. de his qui not. infam.* Aut ſunt ludi *Agones.* qui olim fiebant in Circo Flaminio per modum certaminis, & belli; quorum genera fuerunt *curſus celeritas, ſagittandi peritia, ſtandi patientia, ad cytharam quoque, & tibias incedendi geſtus, decantandi modulatio, terreſtris, & nauális, perpetiendorum quoque ſuppliciorũ certamina.* Aut *Gladiatorũ*, & iſti ludi fiebant in Amphiteatris ad exercendam armis iuuentutem, vt iuuenes aſſueſcerent, non expaueſcere congreſſum hoſtilem, de quibus loquitur *textus in l. præcitata Athletæ ff. de his qui not. inf.* Sũt & alia ludorum genera, de quibus *Textor in ſua officin. cap. ludorum diuerſa nomina*, & etiam ſunt plures leges in C. *tit. de ſpectaculis, & ſcenicis lib.* 11 *& tit. de expenſis ludor.* & in iure Canonico *tit. decretal. de torneamentis.* Apud Græcos quoq; erant diuerſa ludorum Genera, ſed præcipui ludi erant *Olympici, Pythij, Iſthmici, & Nemæi.* Siuè autem ludi fierent Antiquitus, ſiuè ſpectacula celebrarentur, ſemper Muſica adhibebatur, diuerſis tamen Muſicis inſtrumentis, prout res poſtulabat; quod etiam hodie ſeruatur in noſtris ludis, & ſpectaculis, quæ publicè celebrantur, in quibus nunc tubæ, nunc tibiæ, nunc tympana, ſiuè alia inſtrumenta pulſantur, vt experientia patet.

Apud Græcos ſolemnes erant ludi, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur: in his ſemper decertabant cytharædi dulciter canen-

canentes. In quibus cum aliquando *Hipparchion.* & *Rufinus* præcipuè, & inſignes cytharædi decertaturi eſſent inter ſe,factum eſt, vt *Hipparchion* theatri ſtrepitu turbatus obticuerit,vndè *Rufinus* victor remanſit; vt refert *Zenodotus.* Quare in prouerbium abiit: *Mutus Hippachion. Eraſmus in prouerbijs*; quod adaptari ſolet ad illos, de quibus magna habetur expectatio, & poſtea non correſpondent, repentè ſilendo, vel malè reſpondendo.

In ludis *Pythicis,* qui *Delphis* celebrābātur, antiquiſſimus mox fuit hymnum canere in honorem Apollinis, præmio propoſito inter eos, qui meliùs canerent. Vnde contigit aliquando, vt victor euaderet, propter pſallendi excellentiam *Chryſotemin* Cretenſis; *Eleatheren* verò palmam obtinuit vocis cauſa, cum alioquin cantilenam non ſuam decantaſset. *Pauſanias in Phocicis.*

Athenienſes Odeum habuerunt à Pericle ſummo ſtudio ædificatum, multa ſedilia, multaſque columnas habens, cum ſimulacro Regis,in quo ludi, ſeù certamina muſicorum Panathenæis celebrarentur; & ipſe Pericles creatus *fuit Athlothetes,* vt iudiciū ferret quis inter certātes,tibia, cythara, vel voce præſtantius caneret. *Plutarch. in Pericle.*

Argiui ad ludum *Stheniorum*, vt ipſi dicebant, in quo luctabatur, tibiam adhibebant. Ludicrum hoc primùm inſtitutum fuit in honorem Danai, deinde conſecratum fuit Ioui *Plutarch. de Muſica. Danaus* autem fuit Argiuorum Rex, poſt Stenelum Regem expulſum, qui regnauit quinquaginta annos. Genuit quinquaginta fillas,quæ vna nocte viros ſuos, Aegypti filios, interfecerunt, præter vnam *Hypermneſtram,*quæ Linum maritum ſeruauit. Vnde apud Inferos ſupplicii loco, illis præſcriptum eſt dolium pertuſum aqua implere,è quo tantundem effluat, quantum infundatur. Vnde originem traxit prouerbium *Dolium Danaidum*: quod in Auaros competit,quorum auaritiæ, nihil eſt ſatis, aut in prodigos, quorum profuſioni,ne ipſe quidem Pactolus ſatisfaciat; aut in homines futiles, qui arcana fidei ſuæ credita continere non queunt. Idem Argiui *Pentathlis* ſimiliter ad tibiam canere etiam nunc moris eſt,ſed carmen qualecumque non tamen inſigne, quale erat antiquitùs. *Idem Plutarch. Pentathli* ſunt, qui quinque certaminum generibus congrediuntur: *ceſtu, curſu, ſaltu, diſco,* & *lucta Plin. lib. 34. c. 8.* Hic fecit Delphicos pentathlos.

Arcades cantu, & choreis ludos celebrabant. *Libero* Patri (erat autem *Liber* filius Cereris, & frater Liberæ) ſinguli pro ætatis ratione, nam omnis vita cantionibus,& ſtudijs Muſicis impendebatur, *Athæn. lib. 14. c. 11.*

Thebani,& *Lacedemonij*, non ſolum ludos: ſed omnia ſeria ad tibiarum,

rum, fiſtularumque modulos, & rhytmum facere ſoliti ſunt, vt refert *Maximus Tyrius ſerm.7. & Athanæus.*

Priſci Latini habebant ludos *ruſticos*, qui in pagis, & oppidis agebantur, in quibus vnico tantum tibicine fabulas agebant, ad cuius modulatum vocem, ac geſtum accomodabant hiſtriones alioqui ob imperitiam non ſeruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen, poſteaquam vni actori præcinuerat, cogebatur tranſire ad alterum, huic reſponſurum, eique viciſſim incentu tibiæ præire modulos metri; atque hinc rurſus ad alium, & ſic de ſingulis aliis; propterea quod ruſticani homines non poſſent ſaltare verſus, aut mimos abſque præeunte tibicine. Hinc videtur habuiſſe principium illud prouerbium, de quo apud *Ciceron. pro Murena*, inquit enim ipſe: *Iureconſultum inſtructo petitore, latini tibicinis more, tranſire ad eum, à quo petitur, & illum ſolemnibus verbis inſtructurum. Eraſmus in adagijs.*

Nero Romanorum Imperatator pluries ludos Muſicos fecit, præſertim Caio Teleſino, & Suetonio Paulino Conſulibus certauit inter cytharœdos, eique victori magno applauſu corona impoſita eſt *Xyphilinus in Nerone.*

Veteres Muſica vſi ſunt reuerenter in omnibus ſeriis actionibus, omnibuſque ſtudiis; & quodcumque acturi eſſent per Muſicam inchoarent. *Plutarch.de Muſic. & Athen. lib. 4. c. 8.* & *Pythagorici* ante ſomnum lyræ ſonum adhibebant, quo perturbationes, & motus brutos animi excantarent, & mitigarent; Quod, & faciebant poſt ſomnum ad ſoporem eiiciendum *Plutarch de Iſide.* Ex quibus omnibus relatis, & referendis, quanto in precio Muſica antiquitùs habita ſit, quantaque æſtimatione, & reuerentia tractata, & exercita ab omnibus ingenuis viris, clarè, facillimèque liquet.

CAPVT SEXTVM.

In quo reſpondetur ad oppoſitiones à quibuſdam obiectas.

INuenitur in Mundo quoddam hominum genus, maximè hac noſtra tempeſtate, vt in qualibet re, ſine vlla ratione ſe opponere audeat. Tales vt plurimum ſunt maledici, & indocti, qui ignorantes quid dicant, omnia carpent, ſine aliquo diſcrimine, & de illis meritò dici poteſt, quod ſunt tamquam canes, qui maculas Lunæ infer-

Digitized by Google

inferre prætendunt, & tamen ipſa nullum damnum recipit; & de quibus *Plautus in Men.* inquit, ac *Terentius in And.* quod nodũ in ſcirpo quærunt. Sunt equidem nonnulli, qui in odium Muſicæ multas oppoſitiones faciunt; credentes, eorum nugas aliquid præiudicij, & iniuriæ afferre poſſe huiuſmodi excellentiſſimæ virtuti; ſed fruſtra contendunt, & tandem confuſi obticere neceſſe erit.

In primis opponunt quidam contra hanc ſcientiam, quod non ſit tam explicitum, omnes Nationes, & Populos amplexos fuiſſe Muſicam, atque illa vſos, *vt ſup. demonſtraui.*

Primò probant eorum intentionem, dicentes, quod *Ægyptij* nullo modo Muſicæ vacabant, arbitrantes eius exercitium Iunioribus noxium, quaſi virorum animos effeminaret, prout refert *Sicul. lib. 1. c. 6. de reb. antiq.*

Secundo quod *Bion. Boryſthenites* omninò Muſicam, & Geometriã pro ludo, iocoq; habuit, *Laert. lib. 4.*

Tertiò *Archidamus Zeuxidami filius*, cum quidam, qui fidicinem ei commendauerat, diceret: *Bonus hic eſt fidicen: Apud nos,* inquit, *bonus eſt coquus. Plut. in Apoph.* Quaſi nihil interſit, per organorum vocem, an per obſulentorum, & iuris conditurãm, illecebras offeras.

Quartò *Pyrrhus* Epirotarum Rex interrogatus, vter melior tibicen videretur *Pythonne*, an *Chariſius Polyſperches*, inquit: *Neuter quidem placet.* Is erat egregius Dux exercitus. Contempſit artem, & vtrique prætulit ſtrenuum Ducem, vt inquit *Plutarchus.*

Quintò *Antheas Scytharum Rex* iuſſit Iſmeniæ tibicini in conuiuio tibia canere. Stupentibus, atque plaudentibus omnibus tibiæ modulamine; Ipſe iurauit ſe malle audire hinnientem equum. *Plutach. orat. 2. de Alexand. fortuna, vel virtute, & in Regnum apoph.*

Ad quas omnes obiectiones, & oppoſitiones facile reſpondetur. Ad primum namque reſpondeo, quod non ſunt audiendi, qui hoc aſſerunt de Aegyptijs, cum contrarium appareat de eorum vſu Muſicæ in conuiuijs, vt *Erodotus refert lib. 2. & ego retuli ſup. hac ead. p. 7. c. 3.* Et inſuper, eſt attendendum, quod quis facere debet, non quod quis de facto facit, per textum *in cap. non ſatis 86. diſt. & l. quid ſit §. idem, & §. fin. ff. de ædilic. edict.* nam qui non facit quod debet, intelligitur facere quod non debet, *vt in dictis iuribus habetur, & in l. 1. §. quod ſi, vbi Gloſ. in ver. aut inhabilis ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* vbi probatur, quod pro non facto habetur, quod fit eo modo, quo non debet fieri.

Ad ſecundum reſpondeo, quod factum ab vno, non habetur in conſideratione, per textum *in l. quidam §. Si quis filium ff. ad trebell. & Gloſ. in l. electio §. ſi abſente ff. de noxal. act. & l. ſeruus ſeruum. §. cæterum*

ſi

Digitized by Google

ſi alius ff. ad leg. Aquil. quia omnis homo errat in hoc mundo ; & *à Dauid. in pſal.* 115. & *Diu. Paulo ad Rom.* 3. dicitur *omnis homo mendax*, & ideo in hac parte Bion Boryſtenides ex aduerſo allegatus, tamquam ſingularis in ſua opinione non debet ſequi, licet alias philoſophus ſit inſignis, quia quod à maiori parte hominum fit, eſt amplectendum, non quod ab vno tantum, per text. *in l. aliud* §. 1. *ff. de reg. iur. l. quod maior ff. ad municipal. l. maiorem ff. de pact. & l. nominationum .C. de decurion. lib.* 10.

Ad tertium dico, quod neque Archidami authoritas eſt attendēda, quia de per ſe patet, quod non ſit eius dicti habendi ratio, cum ex eiuſdem reſponſione appareat, fuiſſe hominem, potius ventri, & luxui deditum, quam virtutibus procliuem, præponendo coquum Tibicini; & ſic tamquam ab homine vitioſo dictum, eſt omninò reijciendum. *per text. in l. ſterilis* §. *cum per venditorem, vbi Gloſ. ff. de act. empt.*

Ad quartum reſpondeo, quod ille Rex Pyrrhus erat homo militiæ deditus, ad bellum natus; & ideo non eſt mirum, ſi præpoſuit Ducem exercitus Tibicini. Vltra quod in qualibet re ſtandum eſt peritis in arte, *per text. in l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. homin.*

Ad quintum reſpondeo, ſecundum Plutarchum ibidem, quod ille Rex Antheas, vel Ateas, vt Alijs placet, erat homo potiùs ad aſinos audiendos natus, quam ad equos hinnientes aſſuetus; & cognoſcitur ex eius verbis, quod erat homo rudis in præſepibus animalium verſatus, & ideo animum omninò à muſis remotum, & à virtutibus alienum habebat. Meritò Rex Barbaræ gentis, qui tam barbarum, & inhumanum ſe oſtendit, ac omnium hominum opinionibus auerſum ſe declarauit. Quapropter, nec huius autoritas magni momenti eſt; imò nullius conſiderationis exiſtit, cum ſine ratione eius reſponſio inueniatur, & quod ratione caret, extirpandum omninò, & non ſequendum eſt, *per text. in cap. chorepiſcopi* 68. *diſt & cap. peruenit de cenſibus, & l. pen. C. de codicil. & l. dotem ff. ſolut. matrim.*

Opponunt inſuper quidam, quod Muſici ſunt homines vitioſi, crapulæ dediti, vino feruentes, helluones, ſenſuales, otioſi, & omnibus alijs vitiis immerſi. Adducunt.

Primò, quod apud Græcos, quādo dicebatur, quod quis eſset bonus Cantor, intelligebatur, quod eſſet homo guloſus; abutentes illo Manutij adagio: *Bonus Cantor, Bonus Cupediarius.*

Secundò ſimiliter in malam partem accipientes illud Plauti, quod in prouerbium abijt: *Muſicè viuere*; quaſi quod Muſicorum vita ſit ſenſualis, & otioſa.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, iſti maledici, & tãtæ virtutis inimici ſuã intentionẽ fulcire conãtur auctoritate Terẽtij in Eunucho. *act. 2. ſcen. 2.* vbi inducit per modum admirantis, quemdam qui diceret: *Viden'ocium, & cibus quid faciat alienus?* denotare volens ipſe, quod Muſici inutiliter viuant alienis expenſis.

Et quarto ad confirmandum eorum obiecta adducunt factum illud, quando Romanorum tibicines vno agmine Tybur abeuntes, Romam non alio medio reuerſi ſunt, quam per crapulam, & ebrietatem; Ex quo colligunt ipſi, quod Muſici non ſunt æſtimandi, & Muſica ſit ſpernenda, cum eius profeſſores ab omnibus derideantur, tamquam edaces, & ebrij, & ſæpè ſæpiùs illis dicitur. *Bibite Cantores*, ad ſignificandum, quod huiuſmodi hominum genus ſit vitioſum, crapulæ, & vino deditum.

Ad quorum omnium obiecta ſingula facillimè reſpondetur, negando inprimis, quod ipſi aſſerũt, quod Muſici ſint homines vitioſi, ſenſuales, otioſi, helluones, & cæteris vitijs pleni; nam ad hoc, vt eorum aſſumptum procedere poſſet, neceſſe eſſet, vt omnes, nemine excepto, & vniuerſaliter, eſſent tales, quales aſſerunt; At quod à paucis fit, non poteſt vitioſum dici, ſed quod ab omnibus fit, vt inquit. *Iaſon in l. certi conditio §. nummos ff. de reb. credit.* Quod autem hæc eorum propoſitio non verificetur in omnibus, patet manifeſtè, cum multi inueniantur Muſici modeſti, caſti, ſobrij, morigerati, & virtutibus præditi, quia quæ de iure exorbitant, non ſunt ad exempla trahenda *cap. quæ à iure de regul. iur. in ſexto*, Et in omnibus, & non in ſingulis eſt verificandum, quod omnes tangit, & ab omnibus ſequẽdum, aliàs non procedit. *cap. ad hæc de offic. archidiac. cap. ſi Archiepiſcopus de temporibus ordination; l. vlt. C. de aut. præſtan. l. in concedendo ff. de aqua pluu. arcend; & Lira Diuus ff. de adoption.* Ad illud veró Manutij adagium ex Græco traductum. *Bonus Cantor, Bonus Cupediarius.* Reſpondetur, quod multa apud ſcribentes accipiũtur in malam partem, quæ tamen ab illis, in bonam fuerunt dicta; ſed vel per ignorantiam legentium, vel per inuidiam, retorquentur in diuerſum ſenſum, quã à ſcribentibus fuere pronunciata, & illis potius, eorumque malignitati ſunt tribuenda, non Authoribus, qui illa dixerunt, tum in his etiã quæ ſe habere poſſunt ad bonum, & ad malum, magis præſumere debemus de bono, quam de malo, vt in *l. meritò pro ſolutione ff. pro Socio l. Quintus Mutius ff. de donation. int. vir. & vxor. & l. ſi defunctis. C. arbitr. tutel.* Græci enim, ſi hoc dicebant, (quod non omninò pro vero habetur,) non intelligebant de Muſicorum guloſitate, ſed eorum prudentiam denotare volebant, qui ad tuendam perfectionem vocis

vt magis delectent auditores benè cantando, debent eſſe cautiores alijs in cibis eligendis, ne raucedine grauentur, ſi cibis communibus vtantur. In quo potius ſunt laudandi Muſici, quam reprahendendi, cum conijciantur prouidi, viri circumſpecti, & non inepti; imò virtute medicinæ non ignari, & philoſophiæ verſati, fugiendo quæ illos offendere poſſunt: nam quæ iam ciborum genera inueniuntur, quæ artherias exaſperant; & abſtinentia potus ariditatem faucibus præbet, *vt colligitur ex Ariſtot. in Problem. ſect.* 11. *q.* 22. ibi: *Rauci quoque voce corrupta ſunt, non quod Spiritus vitiatus eſt, ſed quod exaſperata arteria eſt, quæ vehementi concàlefactione exaſperari maximè ſolita eſt; cibis autem ſpiritum, & largum reddi, & feruidum conſentaneum eſt* Et Idem *in ead. ſect.* 11. *q.*46. inquit: *Vinolentis potiùs quam ſobrijs frangi vox ſolet; & repletio facit, vt vox celeriter frangi poſſit, & ideo Chori, non ſtatim à prandio, ſed ieiuni vocem exercere conſueuerunt. Cum igitur vinolenti impleti ſunt, meritò eorum voces potius frangi ſolent.*

Ad illud Plauti dictum: *Muſicè viuere.* Reſpondetur quod illud prouerbium, non intelligitur ſimpliciter, & abſolutè de omnibus Muſicæ profeſſoribus, ſed ſolummodo de Tibicinibus, qui ſunt homines infimæ conditionis, & idiotæ. Quod probatur auctoritate Manutii in adagiis, vbi habetur illud: *Tibicinis vitam viuis.* Illud autem Muſicis præiudicium, & iniuriam afferre minimè poteſt, neque eorum reputationi maculam præbere, nam Tibicines non habentur in conſideratione; nec pro Muſicis reputantur; quia ſunt homines viles, & diuerſi generis a Muſicis; quod videtur expreſsè innuere. *Ariſt. in problem. ſect.* 30 *q.* 9. quãdo inquit: *Id genus hominum, quod Dionyſiacos technitas, ideſt artifices bachanales, aut hiſtriones appellamus, improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerunt, quia minimè ſeſe ſtudio ſapientiæ dedunt, eo ſcilicet, quod in artibus neceſſarijs magnam ætatis ſuæ partem conſumunt; vitamque plurimum traducunt incontinentem; partim etiã cum inopia: quod quidẽ vtrumque vitia, & gignit, & auget.*

Præterquam quod *Muſicè* intelligi poteſt, ideſt integrè, vt nihil deſit, cum Muſica omnes comprehendat diſciplinas. Vel *muſicè*, ideſt delicate, & genialiter viuere, vt ſolent Muſici. Inſuper Muſica oratio idem eſt ac elegantiſſima ac lepidiſſima oratio.

Ad illud Terentianum, quo nituntur aduerſarii pro tertio fundamento ſuæ ſententiæ, probare, quod Muſici inutiliter aliquando viuant alienis expenſis; Reſpondetur quod eſt aduertendum illa verba: *Viderſ ocium, & cibus quid faciat alienus?* non poſſe trahi ad Muſicos, cũ loquatur Parmenus de Gnatone paraſito, poſtquam illum de ſe iactantem audiuiſſet, quod ab omnibus blandiretur, ſalutaretur, & ad con-

conuiuandum inuitaretur, & nullo modo loquutus fuit de Muſicis; cum ſint longè diuerſæ conditionis Muſici, & paraſiti; illi enim, vt plurimum, ſunt virtuoſi; iſti vitioſi; Illi docti: iſti ignorantes; Illi ciuiles: iſti rudes. Quare manifeſtè apparet malignitas eorum, qui cõtra Muſicos dicta effutiunt, quæ contra paraſitos pronunciata, ſine dubio apparent.

Ad vltimum, quod opponunt de Tibicinibus Romanis Roma diſceſſis, & Tybur progreſſis, qui deinde vino inebriati Romam deportantur, & proinde iniuriam inferre præſumunt Muſicæ, ex eo, quia muſici ſunt vitioſi, & propterea non æſtimandi. Reſpondetur quod hoc factum nihil omnino præiudicat Muſicis; nam *Titi Liuij verba decad.* 1. *lib.*9. & Aliorum qui hiſtoriam iſtam recenſent, ſunt omninò attendenda, inquit enim ipſe: *Tibicines, quia prohibiti à proximis cenſoribus erant in ede Iouis veſci: quod traditum antiquitus erat,& cæt.* ex quibus clarè colligitur non fuiſse Muſicos, ſed tibicines; de quibus nihil ad nos, cum ſint extra nos, vt vtar *verbis textus in cap. gaudemus de diuort*; non enim intelligo hoc genus hominum defendere; ſcio equidem ex Ariſtotele, hos eſſe homines perditos, & viles, & ideo inter Muſicæ profeſſores non eſſe connumerandos, cum ſint, tamquam feces infimæ plebis; & proptera nullam de illis rationem habendam eſse. Vnde non mirum, ſi ſæpè illis dicatur, licet abuſiuè, *Bibite Cantores,* cum tales non ſint; nam Tibicines ſunt,vt plurimum vinolenti, edaces, & ebrioſi. Tali autem infamia notari non debent cæteri Muſicæ virtuoſi, qui ſolent eſſe frugales, ſobrii, & morigerati ferè omnes, ni diminuto ſtatu inueniantur. Verba verò, quæ duplicem ſenſum habere poſsunt,debent intelligi in ſenſu naturali, & nõ ſun extendenda ad ſenſum fictum, *per text. in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr*; *l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtr.* & ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonarum, ad quas dicuntur. *l. plenum* §. *equitij ff. de vſu, & habit.* Eomagis,quod varietas perſonarum, varium quoque facit ius *l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit.* Et cum ſimus in materia odioſa,non poteſt fieri extenſio de tibicine ad Muſicum in genere, *per cap. odia de reg. iur. in ſexto, & l. cum quidam ff. de liber. & poſth.*

Tandem opponunt quædam alia potiùs ridicula, quam magni facienda, nempe quod Cantores ſint indiſcreti in inchoando cantilenas,& moleſti in finiendo, adducentes illud. Horatij *lib.* 1. *ſerm. ſatir.*3. *Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos, Vt numquam inducant animum cantare rogati; Iniuſſi nunquam deſiſtant.&c.* Opponũt ſimiliter,quod cantent ſcilicet pluries eamdem cantilenam adducentes illud Teren-

tij in *Phormione act. 2. ſcen. 2. Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres noui; Cantilenam eamdem canis.* Et inſuper, quod non liceat probo viro artem Muſicæ exercere, abſque nobilitatis iactura.

Ad quæ ſimiliter breuiter reſpondendum duxi. Ad primum dicitur, quod illi, qui rogati incipiunt, & iniuſſi non deſiſtunt, ſunt vel pauci Muſici, qui hoc faciunt; vel quidam Muſicaſtri, & parum verſati, vt boni videantur, nam boni cantores non permittunt ſibi ab alijs rogari, vt canant, niſi quantum par eſt.

Ad aliud, quod pluries eadem cantilena repetatur. Reſpondetur cum *Platone de legib. Dialog* 6. quod non eſt moleſtum, quod benè canitur, licet pluries repetatur, inquit enim *Plato ibi: Repeto igitur, quod modo dixi, non enim nocet bis dicere, quod benè dicitur*; & *Idem in Gorgias, & de Rethorica:* Bis: *atque ter pulchrum eſſe ferunt, ea, quæ pulcra ſunt, dicere, atque conſiderare.* Et communiter de rebus pulcris dicitur: *ſepties repetita placebunt.*

Ad vltimum, quod non liceat viris nobilibus muſicam excere. Reſpondetur cum diſtinctione. Non licet mediante mercede, vt muſici pauperes faciunt, qui cantu, & ſono victum ſibi quærunt, & conceditur: Non licet, ſine mercede, pro ſua recreatione, & ſtudio, & nego; nam videmus paſsim illam exercere, non nobiles modò ordinarios: ſed viros quidem Illuſtriſſimos, & in ſupremis dignitatibus conſtitutos, vt ego ipſe attuli *in par. 6. per tot.*

Sunt, & aliæ, oppoſitiones, quæ contra Muſicam fiunt; ſed tamquã nullo iure fultæ, ſunt paruipendendæ, & in nulla conſideratione habendæ. Neque, quod à Paucis Muſica parum æſtimetur, poteſt iniuriam, aut præiudicium illi afferre, quia ſpectandum eſt, non quod Romæ factum eſt, ſed quod fieri deberet, vt elegantiſſimè dicebat. *Proculus Iureconſultus in l. ſed licet ff. de offic. Præſid* Et pro non facto habetur, quod fit eo modo, quo non debuit, vnde nulla ratio habenda de eo eſt, *L. 1. §. quod ſi. vbi Gloſ. in ver. inhabilis ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom.*

Deus quoque eſt diligendus, adorandus, magnificandus, laudandus, & honorandus, propter eius bonitatem, potentiam, Maieſtatem, ſapientiam, iuſtitiam, miſericordiam, & cætera innumerabilia. Ipſe enim dixit *Deuteronom. 6. & 10. Matth. 22. Marc. 12. & Luc. 10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua; Et Matthæi 4. & Lucæ 4.* ait: *Dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & Deuteron. 32.* inquit *Date magnificentiam Deo veſtro, & 1. Parilipom. 24. tua eſt Domine magnificentia, & tua eſt gloria.* Et quod ſit laudandus habetur *in pſalm. 144. laudabo nomen tuum in ſæculũ, & in ſæculũ ſæculi, &*

Digitized by Google

li, & pſalm. 145. *Lauda anima mea Dominum, & pſalm.* 246. *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus, &* 147. *Lauda Hieruſalem Dominum, &* 148. *Laudate Dominum de Cœlis &* 149. *Laus eius in Eccleſia Sanctorum, & laudent nomen eius in choro; &* 150. *Laudate Dominum in Sanctis eius, laudate eũ in firmamẽto virtutis eius.* Et quod ſit honorãdus habetur *in Clement. ſi Dominũ in Sãctis de reliq. & vener. Sãct. &* 1. *ad Thimoteum.* 1. & *Apocalips.* 19. Ex quibus omnibus colligitur, quanta ſit hominum proteruia, & malignitas, nam licet teneantur Deum colere, honorare, laudare, glorificare, & amare propter ſe, quia eſt ſummum bonum, tamen eò vſque deuenit eorum temeritas, & veſania, vt non modò debitum cultum illi non tribuant: verum etiam infinitis ſceleribus, & quotidianis peccatis illum maximè offendant.

Ideò nemo ſpernat Muſicam, quia illa aliquando poteſt eſſe medium potentiſſimum ad relinquenda, & deteſtanda peccata, & Deum amandum, nam ex cognitione quadam Muſicæ, quam cum Anima habet, ipſa diſponit animos ad ordinatos appetitus, & debitos motus; ideò Crates Thebanus iuſſit, vt Iuuenes omninò illam addiſcerent, vt *Val. Max. teſtatur tit. de ſtud. & induſtr. & Plutarch. lib.* 9. *q.* 14. *in ſympoſia*: ait, quod Muſica amorem cæleſtium ingerit, Dei cultum promouet, pietatemque excitat, obliuionem verò, ac mortalium rerum deſpectum immittit; & plura ad confirmationem facientia attuli *ſup. p.* 3. *c.* 1. *&* 2. *& p.* 5. *c.* 1. Multi enim ex muſico concentu, quem aliquando audierunt, inſpirationem receperunt ad contemplandam ſuauiſſimam Paradiſi melodiam, & ſæpè ſæpius accenſi ſunt ad illam deſiderandam, & deſiderando diſpoſuerunt ſe ad illius conſequtionem, mediante obſeruantia Diuinorum præceptorum. Vnde *Diuus Auguſt tom.* 1. *lib.* 6. *de muſica litt. C.* loquens de numeris ſpiritualibus, & æternis inquit: *Affectio animæ, vel motus, quo intelligit æterna, & his inferiora eſſe temporalia, etiam in ſeipſa, & hæc appetenda plus, quæ ſuperiora ſunt, quam illa, quæ inferiora ſunt, nouit, nonne tibi prudentia videtur? & prudentia noſcitur ex his, quæ multum amamus, nam his animum intendimus, quæ placent magis, ſed hæc non poteſt conſequi, niſi animum ſubleuemus ad ſuperiora Dei, & æterna*; At hoc præſtat Muſica ex cognatione, quam cum anima habet, purgat enim animam inanibus phantaſmatibus, quibus occupatur, & ad virtutes deportat charitatis, & conuerſionis in Deum, & auerſionis à rebus ſæculi huius, quæ iuſtificationem tribuit per animæ purgationem.

Impeditur namque anima contemplare cæleſtia, & æterna ex amore agendi, ſecundum paſſiones corporis ſui, & auertit illam idem amor ab eorum conſequutione, auocans eius intentionem

Digitized by Google

cura ſenſibilis voluptatis; ſed Muſica purgat animum; qui corpus per Muſicam introducit Phanthaſiæ alias cogitationes, nam delectatio vehementer infigit memoriæ quod trahit à lubricis ſenſibus, vt idem *Aug.* ait *eod.lib.litt.D.* & facit, vt cogitatio tranſeat ad alia ſuperiora, relinquendo inferiora; per exteriora enim ſigna, ſiuè vocum ſiuè factorum, mouetur mens hominis, & ſecundum intellectum, & ſecundum affectum ad interiorem deuotionem, qua eleuatur in Deum, *vt probatur ex Cardin. de Turrecrem. in can. cantantes 92. diſt. n.3.* Quod conſequi non tã facile poteſt ab illis;quibus diſplicet muſica,& qui illam abhorrent, ideò *D. Aug. lib.* 10. *confeſſ. c.33.* ait *Adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia,vt per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis aſſurgat.*

Finis Septimæ Partis.

CA-

Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS OCTAVA

CAPVT PRIMVM.

In quo agitur de Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ex ſimilitudine, & opinione.

REflectendum mihi eſt in hac octaua parte ad quoddam motiuum, numquam ab alio conſideratum (quod ſciam) vſque modo, ex quo infero, quod Muſica ſit nobilis, ac præſtantiſſima diſciplina. Illud autem eſt, communis hominum opinio, ſeu vulgaris vſus loquendi, qui vt inquit *Rodulphus Agricola*, eſt certiſſimus rerum magiſter. Communiter autem ab hominibus ferè omnibus, quando aliquis muſicus audiur, qui benè cantet, aſſimilatur luſciniæ, ſeu philomelæ, quæ eſt auis cantus ſuauitate præcellens, ita dicta vel quia lugens canit, vel quod canat ante lucem; & quod magis eſt, ac ad propoſitum magis accomodatum, quod cum quadam admiratione animum illum laudandi prodente, verba illa proferuntur: Verè iſte eſt alter luſcinia? Iſta namque ſimilitudo, & comparatio facta cum aue, tam nobili, & ab omnibus in magno pretio habita, magnam certè Muſicæ nobilitatem præſtat.

Sicu-

Sicuti enim in ſacra Scriptura magnum vituperium, & iniuria oritur homini peccatori, ex comparatione, quæ fit per Regium Prophetam *Dauid pſalm.* 48. quando dixit *Homo; cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*; & in corpore Iuris ſimilitèr, quando homo aſſimilatur beſtiis, magna ei reſultat iniuria, vt quando *Gloſ. in Aucthent. de monac. verb. decenti, in princ. collat.* 1. appellat beſtiam, hominem, qui viuit contra decentiam ciuilem, & Theologi plerumque huiuſmodi denominationibus vtuntur, nam ex vitæ ſimilitudinibus malè actæ, appellant homines, nunc porcos, nunc grues, nunc equos, & ſic de ſingulis, vt benè ad propoſitum facit textus *in § ſed ſui, cum ibi notatis Inſtitutionibus de hæred. qualitat. & differ. & l. litibus, iuncta Gloſ. in verb. reſtituantur, in fin. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Itá laus, & noblilitas reſultare debet muſicæ ex comparitione rei diretio habitæ, quia vt dicunt *Anton. de Butr. in cap. fin. de conſuetud. & Ioann. Andr. in cap. odia de reg. iur. in* 6. validè ſumitur argumentum ex dentitate rationis à ſimili per textum *in l. illud ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio ff. de verb. oligat.* quia quæ conueniunt in cauſa, conueniunt etiam in effectu, *vt in l. de quibus, vbi Angel. & DD. ff. de leg.* ſed quia ſæpè ſæpiùs ſuauitas Muſicæ aſſimilatur luſcinijs, vt dixi, & Auis iſta ab omnibus communiter præſtantiſſima reputatur, & omnium laude digna habetur; ergo laus non mediocris, nobilitas, & præſtantia reſultat muſicæ ex iſta comparitione, ſicuti ex ſimilibus. Accedit quod ex opinione, & communi vſu loquendi non eſt recedendum, quia ſemper præſumitur ſic res ſe habere, vti vulgus opinatur, vt *vt in l.* 1. *in princ. verb: circumcolentium ff. de flum. vnde Gloſ. in l. licet certiſ: C. locat. quam ſequuntur ibi Cyn. Angel. & Salicet* dicit, quod ad ſciendum, an ſit eo anno ſterilitas, recurrendum eſt ad opinionem vulgi, & ſecundum eam eſt procedendum. Quod mirabiliter ad meum propoſitum facit, nam quando omnes homines (vel ſaltem maior pars) aliquid ita eſſe vnanimiter, abſque diſcrepantia aſſerunt, faciunt concordantiam quamdam, & harmoniam concordantes inter ſe in dando iudicio alicuius rei; & è contrario ſi diuerſitas iudicij ſit apud homines in aliqua re, fit maxima diſſonantia ex altercatione, & opinionum contrarietate. At verò veritati propiùs accedere neceſſe eſt; & ſic audiamus quid de luſcinijs ſentiat Indagator ſecretorum Naturæ *Plinius in ſua hiſtor. natural. lib.* 10. *cap.* 29. inquit enim ſic: *Luſcinijs diebus, ac noctibus continuis quindecim, garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germine; non in nouiſſimum digna miratu aue. Primùm tanta vox, tam paruo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus. Deinde in vna perfecta Muſica ſcientia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc varia-*

tur

Digitized by Google

tur inflexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuſcatur ex inopinato: interdum, & ſecum ipſe murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extenſus, vbi viſum eſt vibrans, ſummus, medius, imus. Breuiterque omnia, tam paruulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit: vt non ſit dubium, hanc ſuauitatem præmonſtratam efficaci auſpicio, cum in ore Steſichori cecinit infantis.

At liceat aliquid dici, ſecundum morem, pro animi recreatione, de luſcinia, ne ſimplici, ac nuda telæ propoſitæ protractione, lectores tædio afficiantur. Dicam igitur, quod Poetæ fabulantur, Philomelam à Tereo violatam, fuiſſe in hanc auem mutatam, ad quam fabulam alludit *Martialis lib. 14.* illis verſibus:

Flet Philomela nefas inceſti Tereos, & quæ.
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Fuit autem Philomela filia Pandionis Regis Athenienſium, ſoror Prognes, quæ cum à Tereo violata fuiſſet, Deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit, quæ & Luſcinia dicitur; quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulciſſimo iniuriam, quam paſſa eſt, *vt Mart. ibi, & lib. 6. Atth.* inquit *ſic vbi, multiſona feruet ſacer Atthide lucus.* Tereus fuit Rex Thracum, filius Martis, & Biſtonidis nymphæ, qui cum Prognen Pandionis Athenarum Regis filiam, in vxorem duxiſſet. eius etiam Sororem Philomelam, prætextu viſendæ ſororis per vim violauit, cui poſtea linguam præcidit, ne factum manifeſtare poſſet. Quod facinus cruore proprio ſorori ſuæ, prout potuit, indicauit; qua re cognita Progne, vt ſororis iniuriam vlciſceretur, Itym filium patri epulandum appoſuit: Prolato deinde capite, cum pater ſe vxoris dolo filium in ſua viſcera condidiſſe agnoſceret, & ad vltionem properaret; Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in auem ſui nominis. Tereus in vpapam, Itys in phaſianum: ita Seruius apud *Virg. lib. Aened.* qui inquit:

Aut vt mutatos Terei mutauerit artus.

Hæc fabula poteſt latius legi, apud *Ouid. lib. 6. metamorf.*

Steſiceorus fuit Poeta Lyricus, & perfectus cantor, ideò dixere antiqui, luſciniam aliquando in ore ipſius infantis ceciniſſe, mirabili auſpicio, ſummum eum Poetam futurum, & cantus ſuauitate, omnes, qui ante eum fuiſſent, ſuperaturum. Iſte deſcripſit, & cecinit raptum Helenæ, eiuſque vituperationem, ex quo à Caſtore, & Polluce, quibus erat ſoror Helena, excæcatus fuit, ſiuè exoculatus, ſed cum poſtea palinodiam recantaſſet, rurſus viſum recuperauit; quam fabulam deſcribit aliquantulum *Horatius in Epod. ad Canidiam,* illis verſibus:

Infamis Halenæ Caſtor offenſus vice

Digitized by Google

Frateſque magni Caſtoris, victi prece,
Adempta vati reddidere lumina.

Vocatus eſt Steſichorus, quoniam primus cum cytharæ cantu chorū inſtituit, nam priùs Tiſias vocabatur, vt refert *Suidas, qui lib.* 10. *c.* 1. multis laudibus dignum teſtatus eſt, quibus finem fecit, inquiens: *videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe, ſed redundat, quod eſt reprehendendum.*

Reuertamur autem ad luſciniam. Hæc eſt auis nobilis, cum inter ipſas aues præſtantiores enumeretur à *Caſſan. in cat. gl. mun. p.* 12. *conſ.* 80. *verſ. item Agrippina. verb. item luſcinias*, vbi inquit eſſe docilem auem, in die medi antem, & aſſiduè noua loquentem longiore verborum contextu, & ordine. Debet doceri ſecretò, vbi nulla alia vox audiatur, maximè à mulieribus, quæ habent vocem magis gracilem, quam viri, & tempore debet fieri, maximè nocturno, propter ſilentium aliarum vocum.

CVPVT SECVNDVM.

Vbi Cygnis comparatio habetur.

SOlent etiam aliquando Muſici, qui ſuauem cantum, & dulcem harmoniam faciunt, aſſimilari Cygnis; ipſos namq; ſuauiſſimis modulis decantare, maximè ſenio confectos, & ſacræ, & prophanæ litteraturæ eruditi teſtantur apertè; vndè *S. Hieronymus epiſt.* 2. *ad Nepotianum data,* ſic ſcribit: *Ad Poetas venio, Homerum, Heſiodum, Simonidem, Steſichorum, qui grandes natu Cygneum neſcio quid, & ſolito dulcius vicina morte cecinerunt.* Et in hunc quoque ſenſum apud *Apuleium lib. de dognate* Platonis, Plato comparatur cum Cygno mulcente Deorum, hominumque auditus canore muſico; appellaturque à Socrate Cygnus Cupidinis. Et Aegiptii æqui rerum æſtimatores, quando ſignificare volebant Muſicum ſenem, Cygnum pingebant ratione, qua ſupra, quia ſeneſcens canit, quàm ſuauiſſimè, *vt refert Hor. Apoll. in c. quomodo Aegyptij pingerent ſenem muſicum, &c. ſic Cicero* 1. *Tuſculan.* inquit *Cygni non ſine caula Apollini dicati ſunt, ſcilicet; quod ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentès quid in morte boni ſit, cum cantu, & voluptate moriantur.* Quod ego credo, illum talia dixiſſe, quia Pythagoras falsò opinabatur, immortalem eſſe animam cygnis, ac propterea lætari immminente funere, *vt refert Textor, in ſua officin. verbo* Cy-

Cygnus. Quare *Martialis lib.* 13. *ait:*

Dulcia defectu modulatur carmina lingua
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

Et *Ouidius illis* verſibus inquit.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis.
Ad vada Meandri concinit Albus olor.

Et Pauſanias in Acticis Scribit; Cygnum fuiſſe Ligurum, Regem eorum, qui habitarunt in Gallia tranſpadana laude Muſicæ artis clarum; Phaetontis amatorem, qui poſt mortem ab Apolline in auem ſui nominis mutatus fingitur à Poetis, *& Lucianus in dialogo, qui Cygnus inſcribitur,* commemorat, Cygnos fuiſſe aſſeſſores Apollinis, & amicos homines muſicæ peritos; qui poſt mortem in aues quoque ſui nominis fuerunt mutati. *Natalis Comes Mythologia lib.* 7. *c.* 5.

Auis iſta candida eſt, maior anſere, argutæ vocis, dulciſſimè canens, mitis eſt, ſed infeſtatur ab Aquila, cui tamen fortiſſimè reſiſtit; habitat in locis amœnis circa fluuios, & maximè frequens eſt apud Caycum, & Cayſtrum, qui eſt fluuius Lidiæ Gardibus proximus, vndè *Ouidius lib.* 5. *triſtium*.

Vtque iacens ripa deflere Cayſtrius ales.
Dicitur ore ſuam deficiente necem.

Aduerto, iſtam vocem: *deflere,* nam multi volunt, iſtam auem, non tantum canere, ſed flere, imminente morte, velut funus propinquum deploret. Et *Volaterranus in Geographia,* vbi deſcribit mores Britannorũ, ait: *Cygnos ad Tameſis ripam* (Tameſis enim fluuius eſt Angliæ) *Non minus quatuor millibus continuò nutriunt. Mutua carne veſcuntur inter ſe; vt refert Lucret. lib.* 4. *Et Aelianus lib.* 1. *c.* 14. inquit, quod eſt adeò bellicoſa, & ad certamina prona, vt non ſolum cum Aquilis decertare; verum etiam commiſſa pugna ſe ſe mutuò perimere conſueuerint.

Adeſt quoddam prouerbium: *Cygnea vox*: quod conuenit his, qui ſupremæ vitæ tempore facundè diſſerunt, vt *Cicer.* 3. *de orat. Illa tamquam Cygnea fuit diuini hominis vox & oratio.*

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

In quo fit comparatio optimi concentus cum Sirenis.

NVlli nouum ſuperuenit aſſimila ri etiam aliquando ab hominibus bonam melodiam Sirenum cantui, maximè quando compoſitio non eſt ex ordinarijs, quæ redduntur dulces ex perfectione vocum tantum, ſed quando continet inuentiones venuſtas, & aliquid leporis naturam imitantis præfert, quia tunc plus placet ex occulta quadam vi, nam ars naturam imitatur in quantum poteſt *l. paterfamilias in fine ff. de adoption.* §. *minorem Inſtitution. eod. tit. Abb. Pan. in cap. debitum de baptiſ.* Hæc comparatio, quæ fit cum Sirenis, nō fit abſq; ratione; Ipſæ enim finguntur à Poetis, quod fuerint inſignes, & omnibus cantus ſuauitate præcellētiores, & tres fuiſſe aiunt, quarum nomina fuere *Parthenope, Liſia, & Leucoſia.* Harum vna voce, altera tibiis, tertia lyra canebat ingenioſiſſimè, tanta cum gratia, vt nautæ, & cæteri homines ſuo cantu illecti, ſui ipſorum obliti in manifeſtam perniciem ſe trahi permitterent, cum cantus ſuauitate, & dulcedine illos ſopirent, ſopitos demergerent, demerſos deuorarent; Poetæ enim fingunt fuiſſe monſtra marina, è medio corpore ſuperiore virginis formam referentia, inferiore verò in piſcis caudam deſinentia: Vnde *Ouidius* inquit:

Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admiſſas detinuere rates.

Et *Virg. 5. Aeneid.*

Iamque adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat
Difficiles quondam, multorumque oſſibus albos:

Quarè *Suidas* laudare volens Homerum, inquit: *Sirenes canunt Vliſſi ea, quibus maximè delectaretur, quequæ eius, & ambitioni, & ſcientiæ multiplici eſſent conſentanea: dicuntq; quisquis eos cantus audierit, eum, & cum delectatione recedere, & doctiorem.*

Hinc ex cantus ſuauitate, *Pauſanias in Bœoticis* refert, Sirenes aliquando muſas in cantus certamen prouocaſſe; quas cum Muſæ viciſſent, alas illis euulſerunt, ex quibus coronas intexerunt, ſuiſque capitibus impoſuerunt, in Creta, iuxta Ciuitatem Apteram, ità ex ea cauſa dictam, vt ait *Crobylus lib.* 1, Quapropter Muſæ poſtea alatis capiti-

pitibus fuere, vna excepta illarum matre *Natalis Comes lib. 7. Mythol. cap. 13.*

Has *Ouidius lib. 4. metamor.* ait fuiſſe comites Proſerpinæ, eamque raptam diù quæſiſſe, quam cum non inueniſſent, eſſe in marina, mõſtra conuerſas: *Seruius* in illo Virgiliano ſupra relato, has inquit, fuiſſe filias Archeloi fluminis Aetoliam ab Alcarnia diſterminantis, & Calliopes Muſæ; primò iuxta Pelorum, poſt in Capreis Inſulis habitaſſe, quas Vlyſſes contemnendo deduxit ad mortem; ait enim *Natalis comes vbi ſupra lib. 1. c. 13.* quod cum Vlyſſes per illa loca tranſiturus eſſet, à Circe ſolis filia edoctus, aures cera ſocijs obturauit, ſeq; arctiſſimis vinculis nauis malo alligari iuſſit, & ſic tutò pertranſijt, Sirenum inſidioſos cantus paruipendendo; at verò Sirenes, cum ſe contemptas viderent, præ deſperatione, & dolore in mare ſe præcitauerunt, & in ſaxa fuere conuerſæ. Alij verò diuerſa nomina tribuunt, & quatuor fuiſſe tradunt, *vt Aglaope, Piſonoe, Thelſiopia, ſiuè Thelſiope,* & *Molpe*; Alij addunt *Aglaophonem* vide *Theopomp. in Callaſchro,* & *Iſacium. Clearchus* verò *ſolenſis in amatorijs lib. 3.* Laucoſiam nominat Ligeam, & Parthenopen, à quà Neapolim Ciuitatem inſignem Italiæ, Parthenopem fuiſſe dictam ait *Strabo lib. 1.* quia in illis locis mortua, & tumulata ibidem fuerit. Et Idem *Strabo lib. 6.* ait etiam Leucoſiam Inſulam habuiſſe nomen ab altera ſirene, quæ ibi ſe in profuudum abiecit.

Orpheus, & Apollonius lib. 4. Argonautic. Scribunt, quod cum Miyniæ Theſſaliæ, ſiuè Bæotiæ Populi per illa loca nauigarent, Ancæo Samiorum Rege nauem gubernante, cytharam arripuit, ſuoque cantu ſirenum cantum retudit; nam cum Deorum certamina caneret, cantilenę Sirenum auditę non fuerũt, quapropter ob deſperationem mutæ euaſerunt, & in mare muſica inſtrumenta abiecerunt.

Sunt, qui dicunt eſſe in India aues quaſdam, Sirenas vocatas, quæ cantu homines mulcent, deinde ſomno grauatos lacerant, vid. *Plin. lib. 10. c. 49.*

Tandem Alij melius aſſerunt, & propius veritati accedunt, cum dicunt, Sirenes meretrices propriè fuiſſe, quæ quia fucatis, & falſis verbis blandiebantur, homines allicientes, ad ægeſtatem vſque perducebant. Fictæ ſunt à Poetis inferre illis naufragia, & mortem; & paſſim hodie à Scriptoribus Sirenes pro meritricibus accipi ſolent, quæ ſunt doloſæ, fraudulentæ, fallaces, inſidioſæ, & malæ beſtiæ, ideò ſemper ab hominibus fugiendæ, propter innumera, quæ ab ipſis deriuantur mala. Sirenes enim à Græco verbo dicuntur, quod trahere, decipere, ſiuè catenam, vel vinculum ſignificat. Vnde iuremeritò

Mu-

Digitized by Google

Muſici optimè canentes Sirenis aſſimilantur, quia eorum ſuauitate eò vſque hominum animos trahunt, & alliciunt, vt quaſi extra ſe rem meant abſtracti, & harmoniam dulciſonam admirantes, penè captos, vbi Muſicam faciunt, occulta vi detinent, atque quaſi in eſtaſim perducunt.

CAPVT QVARTVM.

In quo habetur aliquando etiam Muſicos Muſis aſſimilari; & tandem hyperboliceè Angelis, & alijs dulciter canentibus.

NOn infima quoque laus Muſicę reſultat ex quibuſdam alijs comparationibus, quæ ab aliquibus fiunt, quando caſus illis occurrit audiendi aliquam optimam Muſicam. Vltra ſiquidem comparationes ſupra expoſitas; accidit aliquando ab aliis, alias fieri comparationes, ad quas quodammodo occulta quadam vi pertrahuntur homines quando interſunt alicui Muſicæ in qua quædam dulces melodiæ audiuntur, quæ ſæpè obſeruantur, non ſolum quando fit concentus diuerſarum vocum, verum etiam quando diuerſa muſica inſtrumenta pulſantur. Ex ſuauitate enim cantus, & ſonus, ſolent quidam magna cum admiratione aſſimilare chorum illum tantam dulcedinem auribus illorum præbentem; Choro Muſarum, dicentes hæc, vel ſimilia verba: *verè iſta Muſica poteſt dici Chorus Muſarum. Nihil fieri præſtantiùs illa. Hic poteſt accommodari illud dictum: Non plus vltra, &c.* Muſica autem ex Muſis fuit dicta, quia Muſæ ex ſuauitate, & dulcedine cantus, & ſonus, Muſicæ præeſſe dicuntur, *vt innui in prima parte cap.* 1. Habentur multa exempla ſuauitatis cantus Muſarum, ſed hic non referam, niſi duo tantum præſtantiora, ex quibus colligi poteſt, quod propoſui; nam aliud adduxi *in cap. præced. verſic. Hinc ex cantus ſuauitate,* quæ ſufficere poſſunt à ſimili quia vt habetur *Ioann.* 8. *& Deuteron.* 17. *Duorum teſtimonium verum eſt,* & *Diuus Paulus* 2. *ad Corinth.* 13. *& ad Hæbr.* 10. inquit *In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum, & eſt text. in cap. teſtes* §. *item in crimmali* 4. *q.* 3. *& cap. quod verò* 2. *q.* 5. *& ſimiliter. in cap. quoniam contra de probation.* vbi habetur, quod duo teſtes æquipollent tabellioni, & notatur ſingulariter *in cap. curæ* 11. *q.* 3. *arg. tex. in l. pen. C. qui pot. in pign. habeant;*

beant, & Gloſ. in omnibus ſupradictis iuribus, nec non *Gloſ. marginalis in cap. placuit 16 q.3. in §. Hæc de præſcriptionibus decemnij in fin, verb. ſubſcriptione, & Gloſ. in cap. præſul. 2.q.5.*

Primum igitur exemplũ ad meum propoſitum erit illud, quod refert *Antoninus liberalis ex Nicandro lib.4. Alteratorum* inquit enim ipſe, quod Iupiter in Pieria congreſſus cum Mnemoſyna, Muſas genuit. Regnabat eo tempore in Emathia Pierus indigena, eique nouem erant filiæ, quæ chorum ſuum Muſis oppoſuerunt; certamenque Muſicum eſt in Helicone commiſſum. Quando autem filiæ Pieri canebant omnia caligine obſcurabantur, nihilq; ad choream obtemperabat. At Muſarum cantu ſiſtebatur Cælum, Aſtra mare, flumina, & Helico voluptate delinitus, ad cælum vſque creſcebat: donec eum conſilio Neptuni Pegaſus inhibuit, verticem pede percutiens. Quoniam autem certamen inierant mortales cum Deabus, Muſæ eas in aues transformarunt, numero nouem, quæ etiamnum inter homines nominantur, *Colymbas, Iynx, Cenchris, Ciſſa, Chloris, Athalantis, Neſſa, Pipo, Dracontis. Hæc ille.*

Aliud huic ſimile refert *Homerus Iliad. B. & Natalis Comes Mythol. lib.6.c.14. & Plutarchus in lib. de muſic.* inquiunt enim, quod Thamyris Philammonis, & Arſiæ filius, genere Thrax, formã corporis, animiq; dotibus clariſſimus fuit. Eius carmen ita concinnum fuit, vt ab ipſis Muſis compoſitum, cantatumque videretur, bellum à Titanibus aduerſus deos geſtum, tantã ſuauitate compoſuiſſe aiunt, vt nullum poema videri poſſet præſtantiùs, Cum in Meſſenia ex Occhalia Ciuitate Dorium verſus proficiſceretur, Muſas obuias habuit, & cum ijs pactus eſt; ſi viciſſet ſe velle cum omnibus congredi: Sin victus fuiſſet, illarum arbitratu ſe pœnas ſubiturum, teſte *Myrleano Aſclepiade.* Victus, oculis captus eſt, & canendi ſcientia priuatus.

Plura ad hoc propoſitum afferre, & referre poſſem de dulci Muſarum cantu, ſed ne lectores faſtidiantur, his tantum contentus ſum, ex quibus colligi poteſt, quam rectè fiat comparatio Muſicorum dulciter canentium cum Muſis, quibus modolatiùs, dulciuſque nihil humanum inueniri fingitur à Poëtis.

Aliquando etiam cantus, & ſonus quorundam Muſicorum dulciter canentium; vel inſtrumenta ſuauiter pulſantium, extollit homines ad quamdam hyperbolicam comparationem faciendam; aſſimilant enim illam dulcem, quam audiunt hominum imperfectam quodammodo Muſicam, ad illam Angelorum perfectiſſimam melodiam; non quod re vera ſit, vel poſſit ita eſſe, ſe ad denotandam Muſicorum illorum perfectionem. Conſtat enim illam Cæleſtium ſpiri-

tuum, ſupernorumque ciuium Muſicam, adeò ſuauem exiſtere, vt quidam Sancti radium tantùm illius, & per tranſennam, ex ſpeciali Dei gratia, audientes, ni terminum illicò feciſſent Angeli, vitam breui ipſi Sancti finirent; vt accidit Diuo Franciſco de Aſſiſio, & Alijs, & præſertim Diuo Nicolao de Tolentino, *vt legitur in eius vita*, & Sancta Romana Eccleſia canit in eius feſto, *quod celebratur die* 10. *Septembris in ſecundo nocturno officij*, vbi hæc verba habentur: *Demum ſex ante obitum menſibus, ſingulis noctibus Angelicum concentum audiuit, cuius ſuauitate, cum iam Paradiſi gaudia prægustaret, crebrò illud Apoſtoli repetebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

Ex quo facilè quis coniicere ex ſe ipſo poteſt quanta ſit illius cæleſtis Muſicæ ſuauitas, quæ per Angelos fit; & conſequenter quanta ſit Muſicæ dignitas, cum Muſicæ Angelorum comparetur. Hæc autem comparatio ſufficiens eſſe deberet ad extollendam Muſicam, ſupra Cæteras ſcientias; ſi tamen non ſatisfacit aliquibus, conſideret quæſo quiſquis ille ſit, quod nulla alia melior eſſe poteſt; vndè ſi hæc non conuincit, nec alijs ſatisfactus remanebit.

Multæ aliæ fiunt à diuerſis comparationes optimæ Muſicæ; ſed has tantum retuliſſe ſufficiat.

Finis Octauæ Partis.

CA-

Digitized by Google

CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS

MVSEI HISTORICO-LEGALIS PARS VLTIMA.

CAPVT PRIMVM.

Vbi de Præſtantia, & Nobilitate Muſicæ ſermo erit ab effectibus ex ea reſultantibus.

DEmonſtrata pro viribus, in ſuperioribus, nobililitate, & præſtantia Muſicæ, per diuerſa media, quibus vſum ſum; atque diuerſis motiuis, & rationibus, quod aſſumpſeram probandum, clarè oſtendi: Reſtat nunc pro Coronide, de eius præſtantia, & nobilitate agere & aliqua in medium afferre, & ad hominũ cõſpectum patefacere, ex effectibus ex illa reſultantibus, qui quidẽ multi, & mirabiles ſunt, ex quibus non infima, & ſpernenda ipſi Muſicæ reſultat laus, ſed magua tribuitur nobilitas, & prętantia, quia occultam quamdam vim, & ferè diuinam virtutem continent, Probatur aſſumptum facillimè efficaciſſimo argumento, & quidem euidenti, ex infra dicendis. Arguere namque in Iure, ab effectu, eſt probatio, qua nulla efficacior, quia dicitur probatio ſenſitiua, nam *Ariſtotiles* relatus per *Baldum in rubr. ff. de rer. diuiſ.* inquit, quod intellectus infirmitas eſt, vbi ſenſum habemus, rationem quærere; vtitur quoque hoc eodem

medio Imperator Iuſtinianus *in proœmio Inſtitution. in* §. *quorum vtramq; viam , verſic. & bellicos, & ibi Angel. notat. & Paulus Iureconſul. in l. debitor ff. ad Trebell. ſic etiam Summus Pontifex in cap. vbi periculum in princ. & cap. fundamenta circa med. de elect. in* 6. & eſt notabilis *Gloſ. in cap. quatuor* 12.*q.*2. *ver. doceat,* quę plures textus allegat , *& Bart. in l. Is qui pro emptore in* 6.*q. princ. ff. de vſucap.* Quare omiſſis aliis, aſſero.

Quod Muſica varios , & admirabiles occulta quadam virtute à Deo illi intrinſecè inſita , producit effectus ; Animi enim Affectus Muſica leniūtur ,quia per ipsā inæqualia adæquantur . Vt enim ſicuti ait *Rauracus in lib.*3.*vol.*5. vbi de Muſic.*cap.cur.ad an.mot.* quando in corpore humano humor aliquis,vel quantitate,vel qualitate excellit, fit perturbatio, & ex illa commotio: ita quando in corde , & Artheriis, ſpirituum fit pertubatio, & commotio. Similitudinem videntur habere ſpiritus cum humoribus: nimirum vt alij ſint Cholerici , à quibus ira, indignatio , & ſimiles paſſiones procedunt: alij ſanguinei, qui gaudium, amorem, pudorem mouent: alij pituitoſit, à quibus timor, & ſegnities : alij denique melancholici , inuidiæ , triſtitiæ, & ſimilium inſtrumenta.

Apud Veteres fuerunt varia genera *Rhytmorum,* de quibus *Ariſtot.*8. *Politic. Aeolius* modus ſimplex erat: *Aſius* varius: *Lydius* querulus: *Phrygius* religioſus: *Dorius* Bellicoſus. Ab effectibus deinde *Hormium,*& *Orthium* carmen appellabant, quod eo animi ad prælium excitarentur . *Parænium* , quo in conuiuijs vtebantur . *Alex. ab Alex. lib.*4*: c.*2.*Athen. lib.* 14.*c.*16. & nouiſſimè *Iul. Cæſ. Scaliger. lib.*1. *Poetices* . Erat *Ionica* modulatio florida , & iucunda . *Dorica,* honeſta , & grauis *Lucianus in Harmonide,Caſſiodor.* inquit: Dorius modus prudentiæ largitor eſt , & caſtitatis effector; Phrygius pugnas excitat; & *Athæneus loc præcit.*

At verò tres tantum erant modulationes antiquitùs , apud Græcos præſertim , ſecundum Polymnaſtum , & Sacadam, *Doria* ſcilicet, *Prygia* , & *Lydia* . Modulationum autem prædictarum ait *Ariſt. lib.* 3. *polit. cap.vlt.* Aliæ faciebant ad mores , aliæ ad res gerendas , aliæ ad furorem animi inijciendum .

Dorica enim modulatio,mores iuuat, perturbationes ſedat , illaſq; purgat,voluptatem innoxiam animo affert,motus irregulares dirigit, furorem extinguit,& ad religionem inuitat;ideò iuuat ad placandum iratos , & ſtatim quieſcere facit furore occupatos ,etiam extrà ſe raptos iſta modulatio , ſi illa vtatur ab his , qui talibus affectibus, & paſſionibus vexantur , vt dicemus inf. ac ead par. ſuis locis. Dorios modos Thamyra thrax, inuenit, ſecundum *Plin.lib.*8.*c.*56.

Phrygia modulatio furorem inijcit , & animum concitat , cum ſit gra-

Digitized by Google

grauis, bellicoſa, dura, & ſtrepitoſa. Modos Phrygios reperit Marſyas Phryx.

Lydia verò modulatio mores inſtituit, & ornatum habet, cum ſit querula, luctuoſa, & funeſta. *Plat.lib.3. politic.* Lydios modos inuenit *Amphyon.*

Quibus poſteà acceſſerunt alij modi Muſici; nempè Hyppodorius, hypophrygius, hypolydius,Mixtolydius,& Hypermixtolydius,ex quibus octo toni prodierunt, *vt ſupra diximus par.3. c.4.*

Vnde *D. Iſidor. Hiſpalen. Epiſc. lib.3. originum c. 3.* loquens de varijs, & diuerſis Muſicæ effectibus inquit: *Muſica mouet affectus,prouocatque in diuerſum habitum ſenſus*. In prælijs quoque tubæ concentus pugnantes accendit, & quantò vehementior fuerit clangor, tantò fit fortior ad certamẽ animus. Itẽ & remiges cantus hortatur. Ad tolerandos quoq; labores Muſica animum mulcet, & ſingulorum operum fatigationem, modulatio vocis ſolatur. Excitos quoque animos Muſica ſedat, ſicut legitur de Dauid, qui à ſpiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipſas quoque beſtias;nec non & ſerpentes, Volucres,atque Delphinos ad auditum Muſicæ modulatonis allici videntur. Sed & quidquid loquimur,vel intrinſecus venarum pulſibus commouemur, per Muſicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur eſſe ſociatum.

Tantam, ac talem habet Muſica cum Anima ſympathiam, vt quilibet cantus,& ſonus,licet imperfectus,naturaliter animum mulceat; vnde videmus quotidiè Infantes vagientes, ad cantum nutricis,quietem ſumere; & obdormire ad ſonum cunæ. Equus licet ferox videtur quodamodo cuſtodi ſubmittit a ſono ſtrigilis oblectatus, & cantu eiuſdem blanditus. Ruſticus confortat bouem ad aratrum ferendum ſua cantilena. Mulos tintinnabulorum ſonitu collis ſuſpenſorum ſarcinas leuiùs ferre ductores exiſtimant. Equi in prælijs tubis concitantur; Cerui, Delphini, & alia animalia Muſica delectantur. Et Artifices omnes canendo laboris releuant tædium,vt teſtatur *Plin. lib. 9. c. 8.* & ferè omnes Doctores; de quibus infra ſingillatim.

Muſicam morũ eſſe formatricem,& inſtitutricem,propter diuerſos, quos producit,effectus,dixere *Ariſtot. l.8. Politic.c. 5.& Plat. Dial.6. de legib.* Hinc eſt,quod Veteribus Græcis,præ omnibus aliis curæ fuit, vt in Muſica inſtituerẽtur adoleſcentes; quorũ animos Muſica arbitrabantur formãdos,& dirigendos ad decorem; quod cõferat Muſica ad omnia, atque ad actionem omnem ſeriam, præſertim ad diſcrimina bellica. *Plutarch. de Muſic.* & *Plato* ait: *Muſicam elegantiæ, & concinnitatis opificem, hominibus à Deo non deliciarum cauſa, aut pruritus aurium da-*

tam; ſed conceſſam, vt animi periodos, & harmonias turbulentas, & erraticas in corpore, Muſarum, & Gratiarum penuria, ſæpè numerò per inſolentiam, & improbitatem laſciuentes, iterum reuoluat decenter, & reducat. & *Macrobius lib. 3. in ſomn. Scipion. c. 3.* inquit; *Muſicæ ſonis, etiam Barbarorum animos ad virtutem incendi; vel in mollitiem voluptatis exolui, & dulces reddi.* Quomodo autem iſti varij, & diuerſi effectus cauſentur, non eſt mei inſtituti rationem reddere, cum mihi tantum referre ſufficiat, quod ſparſim per Doctores de Muſica ſcriptum fuerit; ſi tamen quiſquam fusè indagare cupit; adeat Patr. *Athan.Kircher.tom. 2.ſuæ muſurg. lib. 9.c. 1. & 2. & per tot.Plinium, & Alios.*

CAPVT SECVNDVM.

Vbi agitur, quod Muſica Bellum iuuat.

RE tuli in pręcedenti capite qualiter Muſica producat varios effectus in genere: In præſenti incipiam referre eius effectus in ſpecie, vt exemplis res clarior, & verior appareat, ſecũdũ *text.in l.prætor.* §. *quoties ff.de collat bonor.* & *Seneca* inquit *longum iter per præcepta eſt, breue; & efficax per exempla, & per text.in l. aut facta* §. *fin. ff.de pæn.* habetur, quod exemplò alterius, ſepè docetur homo, *Gloſ.ibid.*

At verò, quia effectus mirabiles muſicæ, maximè experimur in concitandis animis ad martia bella, & in accendendis ad prælium, cum ex Muſica reddantur homines audaciores ad pugnandum, vt inquit *Plutarch. in Laconic.* Ideo de his primo loco agendum erit.

Quare præmittendum erit, quod antiquitùs milites cornu bubulo conuocabantur, & ad prælium incitabantur, vt fortius mouerentur; Piſæus, poſtea Tyrrhenus æneam tubam primus inuenit ad excitandos militum animos, vt ait *Plin. lib.6. cap.* 56. & ego retuli *in p.1. c.4. ver. tuba.*

Lacedemonij, ex lege condità à Lycurgo eorum Rege, Muſicã addiſcere cõpellebãtur, vt fortiores in bellis euaderent, ità *Valer.Max.dict.& fact.lib. 2.c.1.* Tibiarum modulis in prælijs incundis vtebantur, non vt aliæ gentes cornuis, aut lituis, vt animi moderatiores redderentur; nihil magis ad victoriam conferre rati, quam ne in primo ſtatim congreſſu animi militum ferocirent; ſed ad tibiæ cantum componerentur, & cum rhythmo æqualiter procedentes, integros ſeruarent ordi-

ordines. Hinc eſt, quod Spartæ in arce ad læuam Mineruæ, Muſarum ædem dicarunt, quod Lacedemonij in prælia exiebant, non ad tubæ cantus, ſed ad tibiarum modos, & lyræ cantiuculas. *Pauſania in Laconicis, Thucydides; Polybius lib. 4. Fabius lib. 1. & Plutarch. in Lycurgo.* Hoc tamen faciebant, poſtquam militum animos ad ſonum tubæ, ad prælium acceuſos cognoſcebant. *Val. Max.* Mutabantur autem ab ipſis Lacedemonijs ſonus, & ſimiliter inſtrumenta, ſecundum occurrentem neceſſitatem, vt accidit in bello contra Meſſenios, in quo iam ſuccumbebant in acie Lacedemonij, quando id animaduertens Thyrthæus elegiacus tibicen egregius, mutatis tibiæ modulis, adeò militum animos in pugnam concitauit, acrioreſque reddidit, vt Meſſenios iam penè victores Lacedemonijs ſubiecerit. *Cælius lib. 5. antiquar. lection. c. 26.* & *Gell noct. 1. c. 11.* Hinc eſt, quod *Plutarchus lib. 2. de fortuna Alexandri* inquit, apud Lacedemonios ſolere decantari verſiculum, quem ipſe ex græco declarat ità:

Vergit ad lethale ferrum, lepidè cythara canere.

Quo ſignificabant certis cytharæ modis ſedari motus animorum, alijs addi vigorem ad prælium. Quod affert *Eraſmus in Adagijs.*

Spartani ad bellum ituri concentu, & anapæſti pedis modulo ſe incitabant. vt inquit *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.* & *Plutarch. in Lycurgo, & lib. de Muſica* ait; quod inſtructa ſpartanorum acie, cum adeſſet hoſtis, Rex ſimul capellam immolabat, edicebàtque vt omnes coronas ſumerent, & vt tibicines canerent, iubebat Caſtoris carmen, ſimul etiã ordiebatur claſſicum canere. carmen *Embaterium* dicitur. Quæ res ſeueram ſimul, atque horribilem edebat ſpeciem; numeris ad tibiam incedentium, neque turbantium aciem, neque animus fluctuantium, ſed modeſtè, & hilariter ad modos euntium in certamen. Neque enim nimia percelli trepidatione probabile eſt ita comparatos, aut plus ſatis ferocire; ſed animum cum fiducia, & audacia ſuſcipere ſtabilem, quaſi Dei præſente fauore. *Et Idem Plutarc. in Laconic. Apoph. & Ariſtot. in Problem. referente Gellio lib. 1. cap. 11.* inquiunt quod Cuidam Ageſilaum roganti, quam ob cauſam ſpartiatæ ad tibiarum cantum, inituri prælium exercerentur; reſpondit: Vt cum ad numerum incedunt, appareat qui formidoloſi ſint, qui fortes. Nam anapæſtorum ictus ſtrenuis addebat animum, meticuloſis pallorem incutiebat, ac tremorem. Itaque cum pes non reſponderet ad modulos tibiarum, prodebatur ignauorum imbecillitas.

Cretenſes impetum in hoſtes facturi Lyræ, vel cytharæ modulis incitabantur. *Cælius vbi ſupra; & Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 2.* ait: *cithara, fidibus, & tibijs vti in prælijs, quibus inſtructas acies accendunt:*

Ama-

Digitized by Google

tam; ſed conceſſam, vt animi periodos, & harmonias turbulentas, & erraticas in corpore, Muſarum, & Gratiarum penuria, ſæpè numerò per inſolentiam, & improbitatem laſciuientes, iterum reuoluat decenter, & reducat. & *Macrobius lib. 3. in ſomn. Scipion. c. 3.* inquit: *Muſicæ ſonis, etiam Barbarorum animos ad virtutem incendi; vel in mollitiem voluptatis exolui, & dulces reddi.* Quomodo autem iſti varii, & diuerſi effectus cauſentur, non eſt mei inſtituti rationem reddere, cum mihi tantum referre ſufficiat, quod ſparſim per Doctores de Muſica ſcriptum fuerit; ſi tamen quiſquam fusè indagare cupit; adeat Patr. *Athan. Kircher. tom. 2. ſuæ muſurg. lib. 9. c. 1. & 2. & per tot. Plinium, & Alios.*

CAPVT SECVNDVM.

Vbi agitur, quod Muſica Bellum iuuat.

RETuli in præcedenti capite qualiter Muſica producat varios effectus in genere: In præſenti incipiam referre eius effectus in ſpecie, vt exemplis res clarior, & verior appareat, ſecũdũ *text. in l. prætor. §. quoties ff. de collat bonor.* & *Seneca* inquit *longum iter per præcepta eſt, breue; & efficax per exempla, & per text. in l. aut facta §. fin. ff. de pæn.* habetur, quod exemplò alterius, ſepè docetur homo, *Gloſ. ibid.*

At verò, quia effectus mirabiles muſicæ, maximè experimur in concitandis animis ad martia bella, & in accendendis ad prælium, cum ex Muſica reddantur homines audaciores ad pugnandum, vt inquit *Plutarch. in Laconic.* Ideo de his primo loco agendum erit.

Quare præmittendum erit, quod antiquitùs milites cornu bubulo conuocabantur, & ad prælium incitabantur, vt fortius mouerentur; Piſæus, poſtea Tyrrhenus æneam tubam primus inuenit ad excitandos militum animos, vt ait *Plin. lib. 6. cap. 56.* & ego retuli *in p. 1. c. 4. ver. tuba.*

Lacedemonij, ex lege condità à Lycurgo eorum Rege, Muſicã addiſcere cõpellebãtur, vt fortiores in bellis euaderent, ità *Valer. Max. dict. & fact. lib. 2. c. 1.* Tibiarum modulis in prælijs ineundis vtebantur, non vt aliæ gentes cornuis, aut lituis, vt animi moderatiores redderentur; nihil magis ad victoriam conferre rati, quam ne in primo ſtatim congreſſu animi militum ferocirent; ſed ad tibiæ cantum componerentur, & cum rhythmo æqualiter procedentes, integros ſeruarent ordi-

ordines. Hinc eſt, quod Spartæ in arce ad læuam Mineruæ, Muſarum ædem dicarunt, quod Lacedemonij in prælia exiebant, non ad tubæ cantus, ſed ad tibiarum modos, & lyræ cantiunculas. *Pauſania in Laconicis, Thucydides; Polybius lib. 4. Fabius lib. 1. & Plutarch. in Lycurgo.* Hoc tamen faciebant, poſtquam militum animos ad ſonum tubæ, ad prælium acceuſos cognoſcebant. *Val. Max.* Mutabantur autem ab ipſis Lacedemonijs ſonus, & ſimiliter inſtrumenta, ſecundum occurrentem neceſſitatem, vt accidit in bello contra Meſſenios, in quo iam ſuccumbebant in acie Lacedemonij, quando id animaduertens Thyrthæus elegiacus tibicen egregius, mutatis tibiæ modulis, adeò militum animos in pugnam concitauit, acrioreſque reddidit, vt Meſſenios iam penè victores Lacedemoniis ſubiecerit. *Cælius lib. 5. antiquar. lection. c. 26.* & *Gell noct. 1. c. 11.* Hinc eſt, quod *Plutarchus lib. 2. de fortuna Alexandri* inquit, apud Lacedemonios ſolere decantari verſiculum, quem ipſe ex græco declarat ità:

Vergit ad lethale ferrum, lepidè cythara canere.

Quo ſignificabant certis cytharæ modis ſedari motus animorum, alijs addi vigorem ad prælium. Quod affert *Eraſmus in Adagijs.*

Spertani ad bellum ituri concentu, & anapæſti pedis modulo ſe incitabant. vt inquit *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.* & *Plutarch. in Lycurgo, & lib. de Muſica* ait; quod inſtructa ſpartanorum acie, cum adeſſet hoſtis, Rex ſimul capellam immolabat, edicebàtque vt omnes coronas ſumerent, & vt tibicines canerent, iubebat Caſtoris carmen, ſimul etiã ordiebatur claſſicum canere. carmen *Embaterium* dicitur. Quæ res ſeueram ſimul, atque horribilem edebat ſpeciem; numeris ad tibiam incedentium, neque turbantium aciem, neque animus fluctuantium, ſed modeſtè, & hilariter ad modos euntium in certamen. Neque enim nimia percelli trepidatione probabile eſt ita comparatos, aut plus ſatis ferocire; ſed animum cum fiducia, & audacia ſuſcipere ſtabilem, quaſi Dei præſente fauore. *Et Idem Plutarc. in Laconic. Apoph. & Ariſtot. in Problem. referente Gellio lib. 1. cap. 11.* inquiunt quod Cuidam Ageſilaum roganti, quam ob cauſam ſpartiatæ ad tibiarum cantum, inituri prælium exercerentur; reſpondit: Vt cum ad numerum incedunt, appareat qui formidoloſi ſint, qui fortes. Nam anapæſtorum ictus ſtrenuis addebat animum, meticuloſis pallorem incutiebat, ac tremorem. Itaque cum pes non reſponderet ad modulos tibiarum, prodebatur ignauorum imbecillitas.

Cretenſes impetum in hoſtes facturi Lyræ, vel cytharæ modulis incitabantur. *Cælius vbi ſupra; & Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 2.* ait: *cithara, fidibus, & tibijs vti in prælijs, quibus inſtructas acies accendunt:*

Ama-

Digitized by Google

Amazones ſimiliter ad calamos arma tractabant. *Teſte Herodoto*; & ego dixi in inſtrumentis verb. calamus.

Lydi cum ad bellum exeunt, cum tibiis, ac ſyringibus in acie inſtruuntur; vt aſſerit *Herodotus, & Athenæus lib.* 12. Et Haliactes eorum Rex ſemper in bello adhibebat concinentes, fiſtulatores, atque fidicines, quibus ſtrenuiores redderentur milites, vt in bello contra Mileſios, in quo luxu barbarico, præter fiſtulatores, & fidicines, etiam fæminas fidicinas adhibuit. *Gellius lib.* 1. *cap.* 11. *Noſt. Attic. ex Thucidide, & Plut. de Muſic.*

Cum Demetrius Antigoni Filius Argos Ciuitatem obſideret, nec milites Helepolim muris, ob pondus poſſent ſubducere Herodotus Megarenſis tubicen (qui trium fuiſſe vlnarum cum dimidia ſcribitur ab Amarantho Alexandrino, lateraque fortia habuiſſe) duabus tubis inflatis milites machinam promptè ſubducere coegit. Periodum decies vicit. *Athenæus lib.* 10. *cap.* 1.

Athenienſes, pœana canentes, & hymnos Ioui congredi cum hoſtibus ſolent. Qui mos etiam apud Græcos frequens fuit. *Alexandr. ab Alex. lib.* 4. *c.* 7.

Idem incitati ſunt ad recipiendam ſalaminem, ad concionem ſolonis, in qua elegia, cecinit, & legem, quæ iubebat vt qui de ſalamine recuperanda, mentionem facerent, morte multarentur, obrogare coacti ſunt. *Laertius lib.* 1. *& Polyenus lib.* 3.

Romani quoque in prælijs Muſica vtebantur vt *ait Alex. ab Alex. lib.* 4. *cap.* 7. nam prætoriis caſtris buccina ſemel, in conſularibus verò bis ſignum dabatur, qua pedites; equites verò lituo ad pugnam aduocabantur. Quoties mouenda erant ſigna, aut caſtra, & ad reliqua belli munia, ſoli cornicines ſignum dabant; excubias verò, ſomnique, & vigiliarum tempora, buccina deſignabant. Si legiones ducẽdæ in hoſtes, & acie decernendum foret, aut receptui canendum, cornuum, aut tubarum concentu fieri ſolebat. Et *Sueton. Tranq. in Vita Cæſaris* ait; quod cum quodam die anceps animi Cæſar conſtiteret ad Rubiconem flumen, ſecum cogitans quam duram prouinciam aggrederetur de bello hoſtibus inferendo, in diuerſas diſtrahebatur ſententias; qui tandem audito cantu; ac ſymphoniæ modulis excitatus, cæleſti oſtenſo iudicauit ſibi arma capeſſenda, & ineundum eſſe certamen, fortis fortè redditus ex cantus vi, qui ad Martialem excitandum furorem, & ad torpeſcentes, ac ſegnes animos inflammandos ad pugnam, virtutem maxìmam habet.

Sacræ etiam teſtantur paginæ, *vt Ioſuè cap.* 7. quod Muri Ciuitatis Iericho non armis, non legionum impetu, ſed cantu, tubarum ſonitu,

Digitized by Google

tu, & Populi vocibus, ex fundamentis penitus corruere. *Sanct. Auguſt. Serm. 206. de tempor. Diu. Hieron. epiſt. ad Abigaum, Diu. Ambroſ. lib. 30. cap. 10. Origen. Homel. 6. in cap. 7. Ioſue Paulo ante med. & Cælius lib. 5. antiquar. lection. cap. 26.* Hinc obſeruare debet quanta inter militare robur ſit affinitas, & canendi ſuauitatem; Muſica namque animum à vitiis emollitum reuocat ad arma tractanda, & ad aſpera belli, quaſi compellit exercitamenta, & ſi quando fortè miles langueſcit æger inter pocula, muſico ſonu reuiuiſcit ad pugnam.

Crotoniatæ Calabriæ Populi tibiarum cantu Sybaritarum equitatum penitus perdidere: ſciebant enim ipſos ſybaritas equos ad ſaltandum quibuſdam muſicis modulis aſſueſeciſſe. *Athenæus Dipnoſophi lib. 12. c. 6. Et ſup. fuse par. 7. cap. 1. verſic. ſybaritæ.*

Græci ſoliti erant duos concinere pœanas, Marti ſcilicet in hoſtibus congrediendis: Apollini poſt bellum abſolutum; priorem, Eunyalium vocabant. *Epicarmus ſic.*

Lacones, ex Græcorum more, tibiarum ſonitu præcedente, cum hoſtibus congredi, præliumque aggredi ſolebant. *Cælius lib. 9. cap. 8. antiquar. lect. & Alex. lib. 4. c. 2.*

Alexander Magnus ad Thimothei cantum, licet eſſet in menſa aliquãdo, velut inſanus ſtatuit in pedes, manus ad arma applicando, quaſi coactus vi Muſicæ, canebat enim Timotheus otthium modulum. Remittente autem illo cantu, continuò Regis etiam remiſit affectus. *Sabellicus lib. 10. cap. 8. ex Plutarcho.* Quod & *Sanctus Baſilius* refert *homel. 24. de legen. libr. gentil. aliquanto poſt med.* inquiens: *Timotheus ſi quando auſteriorem acrioremque harmoniam emiſiſſet, quandoque Alexandrum in medio Conuiuio ad arma concitaſſe dicitur.* Et quod Muſica moueat affectus ad iram, probat etiam *Seneca de ira lib. 2. cap. 7.* vbi refert idem factum. Et idem quoque accidit eidem Alexandro ad cantum Zenophontis, quo prouocatus manum ad arma miſit, ſed mutatis poſtea modis, mitis reuerſus fuit. *Diodorus in Vita Alexandri; & Irem. 5. Baſilil. homel. 54. ad adoleſcentes.* Quod & *Plutarchus orat. 2. de Alexandri fortuna, vel virtute*, de eodem Alexandro refert, quod aliquando Antigenidę carmen hormatium modulante, eo vſque permotus eſt, atque exarſit animo modis illis, vt concuſſis armis proripiens ſe manus propè accumbentibus iniecerit.

Valdemari exercitus ad bellum accendebatur per quemdam cantorem, qui medias acies interequitabat, eo in prælio, quo Ipſe ſuenoni tertio Danorum Regi, & vitam, & Regnum eripuit. Qui cantor famoſo carmine proditionem ſuenonis extollebat, qui hoſpitij ſimulatione Canutum interfecerat, & ipſum pariter Valdemarum perdidiſſet,

dilli:t,

diſſet, niſi fuga ſe ſaluum reddidiſſet, quo cantu milites ad vindictam incendebantur, exhortabanturque *Saxo. lib.* 14.

Heraclidæ bellum gerentes aduerſus Euryſthidas rem ſacram Palladi faciebant, montium Hyperbatteria offerentes,quo tempore Euryſthidæ repentè in eos irruere, & manum conſerere cæperunt. Heraclidæ autem nihil turbati ſunt, ſed tantum iubent, vt tibicines omni ſtudio præeant; quibus præcedentibus, ac tibias inflantibus armati ad cantum, & numerum ſequentes, irruptos ordines ſeruabant, ad pugnam incitabantur,& hoſtes vincebant. Experientia enim eos docuit tibiam habere vim, & irritamentum in pugnis. Quin & oraculo victores ſe fore didicerunt, ſimulac cum tibicinibus bella gererent. *Polyenus lib.* 2.

Quam Muſicæ virtutem innuere mihi videtur voluiſſe. *Regem Dauidem in pſalm.* 107. ibi: *Exurge pſalterium, & cythara.* Vbi in principio ad canendum, & pulſandam cytharam amici Dei Animus excitatur; ſed vltimo inimicorum excidio concluditur illis verbis: *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros, & cæt.*

Inter Bellatricem vim, & Muſicam adeo naturalis nexus eſt, vt etiam in BrutisMuſicæ ſymbolum præſeferentibus veſtigium aliquod à natura expreſſum inueniatur. Cygni enim adeo bellicoſi ſunt, & ad gerenda certamina euſque proni, vt non modo cum Aquilis ipſos decertare fertur, verum etiam commiſſa pugna ſeſe mutuò perimere conſuetos eſſe expertum eſt. *Aelianus libr.* 1. *cap.* 14. *ex Ariſtotele.*

CAPVT TERTIVM.

In quo de diuerſo effectu à proximè relato, agitur.

ALium mirabilem effectum producit Muſica in hominum animis, extinguendi ſcilicet furorem, ſedandi iram, coercendique triſtitiam; Animumque paſſionibus liberum eleuat ad rerum cæleſtium, & Diuinorum meditationem. Hac ratione fortaſſe. *Dauid in pſalm.* 88. inquit: *Beatus Populus, qui ſcit iubilationem.* Ad hunc etiam effectum credo, ſacrum *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 1. *decret. de obſeruand; & euit. in ſacrif. miſ.* §. *ab Eccleſijs verò*, præcepiſſe Muſicam adhiberi poſſe in Eccleſijs; ſed vetaſſe tantum illas Muſi-

cas,

cas, quæ laſciua continet. Et ideò in *ſeſſ.23.c.* 18. *de reform*; vbi agitur de ſeminariorum erectione in Cathedralibus, præcipit expreſſis verbis introduci debere, vt in ſeminariis Muſica à pueris alumnis addiſcatur; Nam per illam fideles eleuantur ad contemplationem Diuinarum rerum, & ad reddendas debitas gratias Deo pro acceptis beneficijs, *vt in can. ſedulò* 38. *diſt.* ibi: *nouerint enim non eſſe voces ad aures Dei, niſi animi affectum*: & *in extrauag. Docta Sanctorum Patrum de vit. & honeſt. Clericor.* in Eccleſiis Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur. Et in fine habentur hæc formalia verba: *ſic tamen, vt ipſius cantus integritas illibata permaneat: & nihil ex hoc de benè morata Muſica immutetur, maximè cum huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, & pſallentium Deo animos torpere non ſinant*, Prohibet autem illam, quæ more quaſi theatrico exercetur, & laſciuia repreſentat; quæ prohibetur etiam *in can. cantantes* 92. *diſt.* ibi: *nec in tragadiarum modum*; nam tunc potius eſſet cantandum cordis deuotione, quam vocis iubilatione, *vt in c. ſedulò* 38. *diſt. & Gloſ. in d. c. cantantes affert verſus in verb. non voce.*

Non vox, ſed vocum: non cordula muſica, ſed cor.
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.

At illa Muſica honeſta, & quæ potius iuuat audientes, non prohibetur, vt dixi, & eſt etiam text. *in c. non mediocriter de conſecr. diſt.* 5. ibi: *quapropter melior eſt quinque pſalmorum decantatio, cum cordis puritate, ac ſerenitate, ac ſpirituali hilaritate: quam totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, atque triſtitia*; eſt etiam *pſalm.* 150. vbi habetur: *laudate eum in cymbalis benè ſonantibus; laudate eum in cymbalis iubilationis*; & *pſalm.* 32. *Cantate ei canticum nouum, bene pſallite ei in vociferatione*, cum ferè infinitis aliis, & *Sanct. Thom. in* 2. 2. *q.* 91. *art.* 2. *in reſponſ. ad ſecundum*, & *Conc. Trid. vbi ſup.*

Adeſt tandem quædam recens, ſubtilis, ac nouiſſima reſtrictio ſuper hac materia, pro Eccleſijs tantum Vrbis Romæ, ſiuè Baſilicis, ſiuè aliis quibuſcumque Eccleſijs tàm Regularium, quàm Sæcularium, aut Hoſpitalium, vel Oratoriorũ, vt dum exponitur Sacratiſſima Euchariſtia, vel Diuina officia celebrantur, non poſſint cantari quælibet Sacræ Scripturæ verba, ſed tantummodo ea, quæ in Breuiario, vel Miſſali Romano, in officio de proprio, vel de communi ſunt notata; vel quæ à Sanctis Patribus accepta ſunt, aut in ſacra Sriptura reperiuntur poſita, quæ tamen non ſimpliciter cantari poſſunt; ſed ea tantum, quæ à ſacra Congregatione Rituum approbata ſunt. Quod præcipitur ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis fructuum vnius menſis, & officij reſpectiuè, vt *in conſtit.*

Alex. VII. edita die 23. Aprilis ann. 1657. quæ incipit: Piæ ſollicitudinis.

In qua conſtitutione excluduntur prorſus moduli Muſici, qui choreas, & prophanam melodiam imitantur. Præcipitur ſimiliter in eadem conſtitutione, ſub præfatis pænis, & aliis corporalibus, ac priuatione officii, & exercitii reſeruata Papæ reintegratione, ac reſtitutione, vt Muſicorum Præfecti, vulgò dicti: *Maſtri di Cappella*, non ſint ad ad id munus recipiendi, niſi iurent in manu Eminentiſſimi Domini Cardinalis Vicarii hanc conſtitutionem ſeruare; quas pænas, excommunicationem latæ ſententiæ, & alias incurrunt etiam Eccleſiarum Rectores recipientes dictos Muſicarum Præfectos, qui hæc non iurarunt.

His poſitis neceſſe eſt deuenire ad prędictorum probationem per caſus particulares, & exempla hiſtorica ſpecialiter, in quibus experientur effectus mirabiles Muſicæ, & ferè incredibiles, niſi experientia comprobarentur, de quibus quædam pauca tantùm per ſcribentes ſparſim notata, tanquam ſcitu digniora, reliquis infinitis relictis, hic referam. Et in primis ſe offert, quod:

Nero Imperator, vt animum ſuum offeratum aliquando placaret, & iracundiam frenaret, canere ante ſe quaſdam cantilenas faciebat; & ipſe quoque Muſica inſtrumenta pulſabat. *Valer. Max. tit. de. ſtud. & induſtr.*

Narrat *Boetius in lib. 3.* de muſica, cytharædum quemdam ſuo cantu, ac cytharæ ſono irritaſſe adeò *Minotaurum*, vt in furorem actus portas domorum, & quidquid per Ciuitatem inueniret, maxima rabie in terram proiceret. Sed illo in ſummo furore exiſtente, Cytharædus mutando ſonum, & cantum, ſtatim quietum, et placatum reddidit, ac in priſtino ſtatu naturali reliquit, omnem prorsùs furorem auferendo; atque in quiete perfecta relinquendo.

Aelianus lib. 14. de var. hiſt. narrat, quod Clinias Philoſophus Pythagoricus, ſi quando ad iracundiam ſe præcipitem ferri ſenſiſſet, confeſtim chordis adaptatis, cytharam pulſabat. Interrogatus autem ob quam cauſam id faceret; reſpondit: quoniam mitigor animo. Quod etiam refert *Athen. lib. 14. c. 10. ex Chamaleonte Pontico.*

Ericus II. Daniæ Rex, cognomine Bonus, cum in furorem actus eſſet à quodam cytharædo, ſono ſuæ cytharæ; multos occidit, ſed mutatis modis priſtinæ quieti reſtituit eumdem; *vti teſtatur Saxo lib. 12. Daniæ*: & quia hiſtoria eſt curioſa, per extenſum hic inſerere non grauabor. Citharædus inquam quidam, cum apud Ericum prædictum de ſua arte diſſereré cæpiſſet, iactitans ſe poſſe ſuo cãtu homines ad furorem, & amentiam pertrahere. Rex curioſus rei nouitate motus,

Digitized by Google

tus, iuſſit ſignum aliquod dare ſuæ profeſſionis; acceptauit ille, ſed ne daretur occaſio nocendi aliquibus ex circumſtantibus, iuſſit priùs omnes arma relinquere, & in quibuſdam locis cuſtodes collocari, qui pro opportunitate caſus, ſecundum neceſſitatem inſanientium furorem cohiberent, & ſi opus eſſet cytharam illi auferrent, & eius capiti ilíderent, ne & ipſi in rabiem agerentur, & reliquos à mutuis verberibus arcerent. Quo facto inuſitatę in primis ſeueritatis concentum edidit, quo auditores in mærorem, & ſtuporem ſunt verſi omnes; deindè adeò ſuauem, & iucundam harmoniam fecit, vt mutato animo, gaudium, etiam externis geſtibus, & motu totius corporis proderent. Tandem acrioribus modulis concitati, vociferari, & tumultuari cœperunt. Cuſtodes illicò accurrunt, vt Regem furentem, cum aliis continerent; ſed ille effractis atrii foribus arrepto enſe, quatuor transfodit, & vix quantitate hominum ſuperatus contineri potuit. Alio tandē ſono menti reſtitutus poſtea, Hieroſolymam petiit expiãdorum homicidiorum cauſa, relicto interim Regno Haraldo ſuo filio, qui tandem in Cypro defunctus eſt, atque ibidem cum coniuge ſepultus.

Achilles cythara veterum ſuorum geſta cantando animum recreabat; & ſic furorem, & indignationem, quam contra Agamemnonēm conceperat, ſopire, & cohibere videbatur *Aelianus lib.* 14. *c.* 10. Et eſt notabile, quod cum habuiſſet inimicorum victoriam, ex ſpolijs hoſti ereptis, cum eſſet Muſicus, primùm arripuit cytharam, *Iidem DD.*

Hotherus filius Hodbrodi Regis Suenorum ab Helgone Danorum Rege interfecti, omni genere peritiſſimus, hominum animos ad quoſumque volebat motus, & affectus variis muſicorum modorum generibus impellebat; ſciebat enim homines paſſionibus ſubiectos eſſe & ideò afficere gaudio, mæſtitia, miſeratione, odio, amore, furore, &c. *Saxo. lib.* 3.

Pythagoras modo phrygio incitauit ad furorem Iuuenem quemdam Tauromitanum, & eumdem illico modo Dorio placauit *Boetius in procmio ſua Muſica.* Sciebat enim ipſe, quod Muſica feroces animos, molles reddit.

Flauianus Epiſcopus Antiochenus quamdam cantilenam Iuuenes quoſdam docuit, quos Theodoſius Imperater ſecum habebat. Qui quadam die in menſa Imperatoris carmina quædam data opera ad commiſerationem idonea, quibus Antiocheni in ſupplicationibus vtebantur, cecinerunt, velut inſtructi antea fuerant. Quo facto licet Imperator in magno furore eſſet contra Antiochenos, ob denega-

Digitized by Google

tum, per ſeditionem, tributum, & ob combuſtionem ſtatuæ vxoris Placillæ, illis modis ita reconciliatus eſt, vt cum phyalam manibus teneret, la chrymis abſtinere non potuerit. Vnde Vrbi, & omnibus aliis gratiam ſuam reſtituit. *Nicephorus lib.* 12.*c.* 43.

Empedocles Agrigentinus cantilena quadam Iuuenem furibundum qui ſtricto enſe hoſpitem occidere volebat, priſtinæ quieti donauit. *Plutarch. in lib. de muſic.* & *Boet. lib.* 1.*de muſ c.*1. inquiens: *ſed & Empidocles, cum eius hoſpitem quidam gladio furibundus inuaderet, quod eius ille patrem accuſatione damnaſſet, inflexiſſe modum dicitur canendi; itaque adoleſcentis iracundiam temperaſſe.*

Orpheus, qui ſub fabulæ inuolutione, quod Muſica feras, & arbores ſylueſtres trahebat, atque deliniebat, efferatos hominum mores in ſocietatem, pacemque ciuilem reduxit, de quo *Apollo Rhodius lib* 1.*arigonaut.* vbi etiam de Amphione, & *Virgil.in Buccol.* & *ſtatius* 1. *Thebadas*. Et Ouidius de Orpheo, & Achille 4. *triſtium* 1. *ſic* ait:

Cum traheret ſyluas Orpheus, & dura canendo
Saxa, bis amiſſa coniuge mæſtus erat.
Fertur, & abducta lyrneſſide triſtis Achilles
Aemonia curas attenuaſſe lyra.

Et Horatius *in ſua Poetica* inquit:

Sylueſtreis homines ſacer, interpreſque Deorum,
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tigreis, rapidoſque leones;
Dictus, & Amphion Thebanæ conditor Arcis.
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blandâ
Ducere quò vellet: fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere ſacra prophanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Quaſi dicere volens, ſub Fabula, quod ſi capaces eſſe potuiſſent montes, & plantæ, in aliam mutati fuiſſent naturam, propter virtutem Muſicæ, & harmonici concentus vim. Licet enim non omnia, quæ Poetæ fingunt, & ſuis carminibus exponunt, non ſint omninò vera, quia multa dicunt, quæ ficta, & inuenta ſunt, nam vt inquit idem *Horat. in Poetica.*

. . . . *Pictoribus, atque Poetis*
Quidlibet audiendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Tamen ſunt veriſimilia, myſteriis plena, & proxima veris, vt Idem vbi ſupra ait:

Ficta voluptatis cauſa, ſunt proxima veris.

Or-

Digitized by Google

Orpheus namque ſecundum hiſtorias, fuit homo doctiſſimus, & valdè eloquens, qui ſua eloquentia perſuaſit hominibus Traciæ, tunc ſylueſtribus, & feris, vt depoſita feritate in Ciuitate ſimul coabitarent, & illis legem impoſuit:

Amphion etiam ſuæ eloquentiæ ſuauitate, & blandis modis reduxit homines rudes ad ædificandam Ciuitatem, & muros Thebis. Vnde hac ratione Poetæ, ſub fabula, Muſicæ dulcedine feras & montes ſecum trahendo, hæc quæ retuli, innuere voluere.

Hinc eſt, quod alij, quia renera Muſicus fuit peritiſſimus, dicunt, quod Poetę occaſione data poſtea ex eiuſdem Orphei, & Amphionis actionibus, ſupranarrata finxere. Vnde *Patritius lib 2. de inſtitutio. Reip. tit. 2. & Textor. in ſua officin. tit. cytharædi inſignes*, dicunt quod Poetæ faciunt Orpheum principem Muſæ Lyricæ, & quod poſt Orpheum, ſecũdam meruit palmam cantu citare Dorceus apud Thraces, *Martianus verò capella* ait Orphæum, Amphionem, & Arionem Doctiſſimos aurata omnes teſtudine conſonantes flexanimum pariter reddidere concentum. De quibus cytharædis præſtantiſſimis meminit etiam *Pacificus ſic*:

Orpheus Euridicem cythara reuocauit ab orco,
Equè ſuis mouit ſaxa, nemuſque iugis,
Piſce fuit Pelagus per longum vectus Arion
Hac etiam Amphion mœnia ſtruxit ope.

Apollo certis quibuſdam cytharædicis modis à ſe inuentis feritatem multis hominibus abſtulit, & vitam multis alijs in longum produxit. *Ludouic. Viues de laudib. philoſophiæ*

Bacchus, cum in magno periculo conſtitutus videretur aliquando, ex quo nauicularij Tyrrheni, qui illum traiciebant in patriam, perdere voluſſent, ſpe predæ ducti; Ipſe hoc intelligens, videnſque eos in maximo, contra ipſum, furore perſeuerare, iuſſit comitibus, vt ſymphoniacè canerent. Quo cantu adeò oblectati ſunt Tyrrheni, vt anterioris feritatis obliti, ſaltare etiam cæperint, & nimis laſciuiendo ſeſe in mare proiecerint. *Olaus lib. 15. c. 29.*

Theodoricus Rex Gothorum ſciens vim Muſicæ maximam eſſe in ſedandis furoribus, ſcripſit ad Boetium, vt mitteret citharædum quemdam, qui dulci ſono fera corda Gentilium demulceret. *Theodericus lib. 2. epiſtolar.*

Aliquando Muſica in quibuſdam hominibus diuerſum, imò nullum producit effectum, vt inquit *Aucthor. incerti nomin. in tract de defenſ. muſica modern.* Quod certè naſci poteſt, vel ex parte cauſæ efficientis, vel cauſæ materialis, vel ex obiecto ipſo. Obſeruatur hoc idem etiam

in

in Oratoribus, qui naturaliter quidam ad riſum, audientes prouocant, qui iuſſi à ſuperioribus, vt abſtineant, præcipiunt tamen aliis, vt eadem dicant eiſdem auditoribus, qui non modò non mouentur ad riſum, ſed potiùs grauati quodam tædio ad mærorem, ac triſtitiam velint, nolint, pertrahuntur. Idem probatur ex *Eraſt.lib. 1. Iliad.*

CAPVT QVARTVM.

In quo de Muſicæ vi agitur, etiam in Brutis operatiua.

TAntam, ac talem vim habet Muſica conſonantia, & harmonicus concentus, vt nullum immite pectus ſit, quod ipſis non manſueſcat. Nullum cor tam aſperum, ac barbarum inuenitur, quod cantu captum non circumducatur ad libitum: Nullus hoſtilis animus, qui non placetur; neque animal quoddam in mundo creatum eſt, adeò ferox, & immane, quod cantus ſuauitate ſuæ naturalis feritatis, & crudelitatis oblitum non miteſiat (excepta Tigridi, ſi Plinio credere voluerimus, quæ non ſolum non manſueſcit, ſono, & cantu, ſed potius ad iram commouetur, & ferocior euadit) Ipſa namque Muſica animos mulcet, & quietat, triſtes reddit hilares, & feros facit manſuetos, vt inquit *Plutarchus.* Vnde meritò *Eccleſiaſtic. c.* 40 habetur: *Vinum, & Muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ: & ibid. c. 32. Primum verbum diligenti ſcientiam, & non impedias Muſicam.*

Hinc obſeruari non pigeat, plerāq; animalia Bruta, Muſica adeò delectari, vt feritate depoſita, quædam ferè admiratione digna operentur.

Delphini enim in mare cantus, & ſonus Muſicos audientes, & aliquando ſibilum, ſequuntur cantantes maxima cum iubilatione, & ſaltant cum geſtu attollentes lumina extra aquam, & huc illucque armos ad ſonum, vel ſibilum iactant, vt experientia compertum eſt, & teſtatur *Plin. lib. 9. de natura animal. c. 8. & Plutarch. lib. 7. con. 9. 5.*

Et ego ipſe pluries expertus ſum, & proprijs oculis vidi, tam in mari Ionio, & Adriatico, cum Venetijs Calabriam peterem, quam in Mediterranio, cum ex Gallia Hiſpaniam pergerem, & hinc Italiam redirem; & in ſpecie notaui, quod Nautæ illos vocant ſub nomine *Simonis.* Quod Delphini delectentur Muſica teſtis eſt etiam *Pindarus,*

vnde

Digitized by Google

vnde *Sabellicus lib.* 10. *c.* 8. *Plutarch. in conuiu. vbi ſupra circa fin. & Ouid. lib.* 2. *faſtor.* ex illa celebri narratione caſus Arionis; nos quodammodo compellunt, & inducunt reflexionem facere quantum ſit, non modo vtilis Muſica; verum etiam neceſſaria in quibuſdam accidentibus; ſed quia caſus Arionis eſt valde notabilis, pro curioſis hìc referre non dedignabor.

Cum igitur Arion Methymneus egregius Cytharædus, & Poeta Lyricus, qui primus Corinthi, apud Periandrum, & fecit, & docuit Dithyrambum, Lesbon Patriam, ſiuè vt Herodot. vult Tarentho Hydruntinæ Prouinciæ Corinthum nauigaret comparatis in Italia ſuæ Muſicæ exercitio diuitijs magnis; viderq; ſibi inſidias, & coniurationem pararià Socijs, ſiuè à Nautis, quibus cum nauigabat, qui illum occidere intentebant, quod opes, quas ſecum ferebat, furari volebant; rapta Cythara, ſiuè Lyra non nihil prius modulans, in mare ſe proiecit, ſiuè vt *Erodotus ait*; dono petiit, vt antequam moreretur, inſtar Cygni, qui propè morte canit, cytharam concederent, quo obtento orthium carmen modulari cæpit, cuius cantu illectus Delphim dorſo exceptum, portauit ad lictus, ideſt in laconiam, antequam Nautæ illuc applicuiſſent. Re autem Iudici per ipſum ante delata, capti, dũ ibi ſiſtunt, fuere omnes, qui tormentis admoti cõfeſſi ſunt, & vltimo ſuplicio damnati, pœnam tentati ſceleris exoluunt. Et cuius cantus ſuauitas Nautarum corda mulcere non potuerit, commouere Delphinos valuit, vt periculum effugeret, & accuſatores criminis quodam modo eſſent. In cuius rei monumẽtum erecta eſt ibi illi ſtatua cum Grœco Epygrammate, quod *Raphael Volaterranus* latinum reddidit hoc modo:

Cernis, amatorem, qui vexit Ariona Dephin
A' ſiculo ſubiens pondera grata mari.

De quo facto memorabili abunde memorat *Herodotus in Clio. lib.* 1. & *Aulus Gellius etiam in ſuis commentarijs noctium acticar. lib.* 16. *cap.* 19. *& vlt.* vbi tamen ipſe fabulam aſſerit, ſed miſterioſam; & *Ouidius fusè vbi ſupra lib.* 2. *faſtorum* ſequentibus verſibus, quos inſero data occaſione, ad demonſtrandos varios muſicæ effectus.

Quod Mare non nouit, qua neſcit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas
Sæpè ſequens Agnam lupus eſt à voce retentus,
Et ſtetit in ſaxo prox ma Cerua leo;
Et ſine lite loquax, cum Palladis Alite Coruus;
Sedit, & Acciptri iuncta columba fuit.
Cynthia ſepè tuis fertur vocalis Arion

Tam-

Tamquam fraternis obſtupuiſſe modis.
Nomen Arionium ſiculas impleuerat Vrbes:
Atque ita quæſitas forte ferebat opes.
Forſitan infalix ventos, vndaſque timebas,
At tibi Naue tua tutius Aequor erat.
Namque Gubernator diſtricto conſtitit enſe,
Cæteraque armata conſcia turba manu.
Quid tibi cum gladio? Dubium Rege, nauita puppi:
Non ſunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, mortem non deprecor inquit,
Sed liceat ſumpta pauca referre lira

Deinde ſubiungit:

Protinus in medias ornatus deſilit vndas
Spargitur impulſa cerula puppis aqua
Inde (fide maius) tergo Delphina recuruo,
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo
Ille ſedet, cytharamque tenet, pretiumque vehendi
Cantat, & Equoreas carmine mulcet aquas.

Et idem *Ouidius lib. 3. de art.* ex hoc vocat Lyram, Arioniam, ab Arione, vti:

Quamuis mutus erat voci fauiſſe putatur
Piſcis Arioniæ fabula nota lyræ.

In mare, quod Siciliam vltrà Farum, ab ea, quæ citrà Farum Neapolitanum Regnum dicta, Rhegium dirimit, ex quo & fretum Fari, nomen vulgò ſortitum eſt, à die prima menſis Maij, vſque ad medietatem menſis Auguſti fit piſcatio lepidiſſima Pſyphiarum. Sunt autem Pſyphiæ genus quoddam piſcium roſtrum habens mucrone armatum: vnde, & Latini Græcos imitati, gladium appellant, italicè *Peſce Spada.* Hi per totum tempus ſuperinſinuatum, dum vltrò citroq; per fretum illud commeant, à Piſcatoribus, tùm inſidijs, tùm ferro inuaduntur. Vt enim illos alliciant verbis quibuſdam vti ſolent modulamine quodam muſico prolatis. Quæ quidem verba non vtique virtutem piſces adeſcandi, vel capiendi habere poſſunt: ſed ſigna quædam ipſis Piſcatoribus ſunt, ſe inuicem ad huiuſmodi prædam cohortantibus. De quo videri poteſt *P. kircher. in Muſurg. lib. 9. c. 7.*

Equi, & Equa non parum Muſica gaudent, & delectantur; nam illi in prælijs tuba accenduntur ad pugnam, & præ gaudio generoſiores euadunt, vt experientia docet; & exemplo equorum Sybaritarum probatur; ipſi enim equos ad tibiam ſaltare docuerant; quod cum ſcirent Crotoniatæ eorum inimici, prælium cum ipſis commiſſuri tibia-

rum

rum ſono eos vicerunt,nam equi illo delectati, tripudiantes præ gaudio, ſeſſoribus non obediebant. Teſtis eſt *Ariſt. in Repub. & Athens.* *lib.* 12. *cap.*6. & ego ſupra tetigi *par.*7. *c.*10.

Equæ autem quando ineuntur carmen tibia accinitur quod *hippoteron* appellant. *Plutarb. lib.* 7. *conu. q.* 5.

Mulis etiam, aliiſque conſimilibus brutis onera geſtantibus leuamen quoddam afferre videtur Muſica tintinnabulorum ipſis appenſorum modulatio. Huiuſmodi enim ſonitu ipſos quodammodo vel delectari, vel diſtrahi putant eorum ductores, vt minus onera ſentiant. *Vair.lib.* 2. *de faſcin. c.*11.

De Ceruis itidem hæc habet verba *Pier. Valer. lib.* 7. *c. de Ceruo*: *Ceruo inſitum natura eſt, paſtorali fiſtula, vel ſuaui aliquo modulantium concentu demulceri, tantaque hinc affici voluptate, vt immemor ſui, nullo prorſus negotio capiatur, vel iniecto aliunde telo, quod propter animi alienationem adeſſe tunc minime ſuſpicatur, è veſtigio transfodiatur, atque ità fit ad blandientium præda.* Conſimilia habet *Plin.lib.* 8. *nat. hiſt.*

Elephantes quoque cantu, ac timpanorum ſono mulcentur, & dociliores redduntur, vt *Strabon. inquit*; teſte *Plutarch. vbi ſup.*

Vrſi audito fiſtulæ ſono manſueſcunt. *Idem Plutarch.*

Lupi quoque ſæpè repreſſi à Pythagora ſunt tibiæ modulatione. *ſupradicti DD.*

Pecora, & *Armenta*, vt oues, agni, vituli, boues, &c. Muſicis melodiis maximè delectantur. Conſtat enim, quod fiſtularum ſono audito auidiùs eſcam ſumunt, atque compreſſiùs paſcuntur in herbis; vti refert *Paulus Diaconus lib.*5. *c.* 37. *Plinius.* & *Olaus lib.* 18. *hiſtor.ſeptentr.c.*31. teſtatur apud ſaptentrionales ſæpè arceri ab armentis lupos, & Vrſos horriſonis cornibus, ſeù tubis. Imò paſtores ludentes bicornibus fiſtulis, quas illi vocant *Seckpipas*, aliquando per vrſos rapti, continuè ludunt, donec fama vrgente, vrſus diſcedat alimoniam conquiſiturus, Tunc accepto caprino cornu, interdumque vaccino, ſonum horridum excitant, & feram à reditu terrent.

Mures etiam Muſica delectantur, ſonoque gaudent, refert enim *kircher. in muſurg. vbi ſupra*, quod cum in oppido Hameliæ Saxoniæ inferioris ad Viſurgim ſito, Anno Chriſti 460. magna murium multitudo omnes ſegetes, fructuſque deuaſtaret, quidam homo certa pecuniaram quantitate pacta, fiſtulam, quam ſecum ferebat, ſonare cæpit: Quo facto murium agmina ex omnibus territorii partibus confluxere; At ipſe flumen pergens, omnes mures gregatim ſequuti ſunt illùm; qui poſtea ſuccinta veſte, flumen ingreditur; mures, ſeù ſorices idem faciunt, qui omnes ſono fi-

Digitized by Google

ſtulæ mulciti, atque attracti voluntaria ſubmerſione extinguuntur.

Hoc tamen *idem Hircberius* magicæ arti tribuit, ex eo, quod cum Ciues illius oppidi pecuniam condictam ſoluere recuſaſſent: Ipſe denuò comparuit diuerſo habitu, & eadem fortaſſe fiſtula non eodem ſono, ſed quodam diuerſo, & terribili compulit omnes pueros illius oppidi à quadriennio vſque ad duodecimum annum, vt ipſum ſequerentur, quos duxit ad quamdam criptam, ſeù cauernam in monte ad viſurgis fluminis ripam, qui amplius viſi non fuere, de quo vſque modo memoria extat per traditionem, & per monumenta.

Aues quoque Muſica delectari, & fiſtulis allici, diuerſiſque muſicis modis capi, quis eſt, qui ignoret? teſtatur etiam hoc *Martian. Capella, & alij*.

Multa alia Animalia Muſica delectantur, & capiuntur, ſed pauca hæc retuliſſe ſufficiat.

CVPVT QVINTVM.

Vbi referuntur multæ virtutes Muſicæ, & effectus mirabiles ipſius.

MIrabiles Muſica, ac varios producit effectus vt experientia docet, de quibus pauca in ſuperioribus retuli, & alia in ſequentibus afferam. Aliquando enim ad mærorem, & triſtitiam incitat homines; aliquando ad lachrymas, & ſuſpiria; interdum ad iram, & odium prouocat; interdum verò amorem, & concordiam conciliat; ſępè ad vindictam, ſepè verò ad placiditatem impellit; multoties ad luxuriam mouet; aliàs verò ad caſtitatem ducit. Curas abigit, clementiam ſuadet, affectus mulcet, paſſiones propulſat; virtutes varias ingerit, vitia expellit, dolores mitigat, infirmitatibus medetur, ſomnum conciliat, ſoporem depellit; & mærentibus adimit mærorem, vt ait *Beroaldus in orat. habit. in enarration. Horatij Flac.* hilares efficit hilariores, amatorem calidiorem; religioſum ad Deum laudandum paratiorem, eademque variis moribus accommodata animos auditorum quocumque vult, ſecum trahit. Et denique *mores* inſtituit, atque componit; vnde iuremeritò ab illo magno Philoſopho Theophilo, Muſica, dicta eſt magnus, & ſtabilis Theſaurus, de quibus effectibus ex Muſica reſul-

ſultantibus loquuntur *Apuleius Floridus lib.* 1. *Senec. epiſt.* 108. *Quintilian. lib.* 4. *inſtitut. Caſſiod. lib.* 1. *ep. Guillelm. Pariſienſ.* 2. *p. de vniuer. cap.* 20. *Vair. lib.* 2. *de faſcin. cap.* 11. *Aelian. lib.* 1. *de nat. anim. c.* 39. *& lib.* 17. *c.* 18. *Ariſt. lib.* 3. *Polit. c. vlt. & lib.* 8. *c.* 3. *Plinius, Plutarch. Athenaeus, & alij.*

Et *Plato præſertim in Thimeo. & in lib.* 3. *leg.* per multos, & varios Muſicæ effectus diſcutrens hæc pronunciauit: *Diſtincta enim nobis tunc per figuras, & ſpecies erat Muſica; fuitque vna ſpecies cantus ad Deos precibus placandos, quos hymnos vocabant; Huic contraria altera cantus ſpecies: querulos hos cantus quis maximè appellares. Alia ſpecies Paon; alia Dyoniſij generatio, quam Dythirambon arbitror appellatam. Erat alia cantus ſpecies, quam leges. cytharædicam nominabant. His itaque, alijſque quibuſdam lege ſtatutis, non licebat alio genere cantus pro alio abuti; authoritas autem cognoſcendi hæc, indicandique, & damnandi, ſi quis contrafeciſſet, nec ſibilo, nec ineptis clamoribus multitudinis, vt modò, tribuebatur; nec rurſus laudanti, plaudenti, trepentique turbæ, ſed præſtantibus doctrina viris erat conceſſa, dabaturque ipſis ad finem vſque magno cum ſilentio audire. Hæc cum ita ordine fierent, multitudo ciuium libenter parebat, nec audebat tumultuosè quidquam iudicare, &c.*

Sunt ferè infinitæ cantilenarum, & canticorum ſpecies variis nominibus appellatę ſecundum diuerſas res, quibus ab Antiquis iungebantur, nam canticum illud in laudem Dei directum, dicitur *hymnus*, vti *Pauſanias in Phocicis* teſtatur inquiens: *canere hymnum in Deum antiquiſſimum, eſt certamen, in quo præmia poſuerunt.*

Ptongius eſt ſonus vnum, & eundem tenorem tenens. *Vitruu. lib.* 5. *c.* 4. vbi ponit Pthongorum 18. tropos.

Scholium erat canticum, quo laudes clarorum virorum canebantur *Plutarch. lib. de Muſic. & Ariſtophan. in veſpis.*

Orthium contrarium omninò Scholio erat. *Athenæus lib.* 14. *Plat. lib.* 3. *de Rep. &* 8. *de legib.*

Mylothros eſt canticum, quod à molentibus canitur. *Aelian. lib.* 7. *c.* 4. *var. Plutarch ſympoſ. ſeptem ſapient.*

Idlon dicitur cantilena lanificarum. *Atheræus.* alio nomine *Aelinon* dicta ab *Euſtachio iliad.* σ.

Lytierſen dicitur cantilena Meſſorum. *Euſtath. ibid.*

Bucoliſmus cantiuncula Paſtorum. Idem

Imæus, eſt illa, quam concinunt aquarum hauſtores. *Callimachus* notat.

At verò ad particularia, ſecundum morem, deſcendere conueniens eſt, quantum tamen permittitur; & primo loco à dignioribus effectibus incipiam, quia Muſica amorem cęleſtium ingerit; & Dei cul-

Digitized by Google

tum promouet; pietatemque excitat;obliuionem verò,ac mortalium rerum deſpectum immittit, vt inquiti *Plutarch. in ſympoſia lib.9. q. 14.* Hinc eſt, quod factum Dauidis in medium proferam,multis alijs ex neceſſitate omiſſis.

Dauid igitur Rex, & Propheta Dei ſummi ad excitandam *pietatem* erga Deum;& ad promouendam deuotionem, & religioſum cultum, cythara ſua, coram Arca luſit, & concinno corporis motu ſaltauit,& omnis Populus Iſraeliticus, cum diuerſis muſicis inſtrumentis fecit ſimiliter, vt legitur in *ſecundo Regum c.6.* Qua de cauſa Eccleſia Catholica hodie vtitur organis, & alijs inſtrumentis in Diuinis, vt fidelium animos ad pietatem, & zelum religionis excitet. Et quia Michol filia Saul, & vxor Dauidis illuſit, & deſpexit illum ante arcam Domini canentem, ſeueriſſimè reprehenſa fuit, & ſterilis euaſit, vt ibidem habetur illis verbis: *Dauid autem, & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis; Cumque intraſſet Arca Domini in Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram vidit Regem Dauid ſubſilientem,atque ſaltantem corā Domino: & deſpexit eum in corde ſuo. Reuerſuſque eſt Dauid, vt benediceret domui ſuæ, & egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid, ait. Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt,quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Dixitque Dauid ad Michol: ante Dominum, qui elegit me potius,quam Patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit mihi,vt eſſem Dux ſuper Populum Domini in Iſrael, & Iudam, & vilior fiam, pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus loquuta es, glorioſior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ,&c.*

Sacra etiam Scriptura narrat, Prophetas aliquos, non niſi muſico concentu excitos propheta ſſe, quorum mentionem facit *S. Ambr. in pſalm.* 118. Huius autem rei ratio naturalis nulla eſt, ideoque tota refertur in beneplacitum Dei, qui ſic ſe mentibus Prophetarum infundebat, vt non niſi Muſicis numeris excitati prophetarent,vt legitur de Eliſeo *Proph. lib. 4. Reg. c.3.* qui noluit Regibus Iſrael manifeſtare quod illis in extrema neceſſitate conſtitutis eueniret, ne in manus Moab inciderent, & ſiti necarentur omnes milites, & equi, niſi coram muſico pſaltem pulſante, & canente. Ioramus enim Iſraelitarum Rex Ioſaphato Iudæorum Rege contrà Moabitas exercitum ducens per deſerta Idumeæ ſeptem diebus aqua deſtitutus, miſerrimè affligebatur Tunc Eliſæus quæritur, & conſulitur, qui fidicinem cum pſalte adduci mandauit, cuius cantus excitus,gratiaque ſpirituali imbutus, victoriam contra Moabitas illi denunciauit, copioſiſſimamque

Digitized by Google

que, quam ex Idumeorum regione affluxuram, vt ibidem legitur illis verbis: *Et ait illi Rex Iſraël, quare congregauit Dominus tres Reges hos: vt traderet eos in manus Moab? Dixitque ad eum Eliſeus: Viuit Dominus exercituum. Nunc autem adducite mihi Pſaltem. Cumque caneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini, & ait: Hæc dicit Dominus, facite alueum torrentis huius foſſas, & foſſas. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluuiam, & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra. Factum eſt igitur mane quando ſacrificium offerri ſolet; & ecce aqua veniebat per viam Edom, & repleta eſt terra aquis, &c.*

Samuel etiam prophetizare volens de Saule Rege, ait, non prius omnia illi euenire, & prophetam fieri, quam cantu, & ſono inuitatus, & allectus, vt habetur in *lib.* 1. *Reg. c.* 10. ibi: *& cum ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam, ipſoſque prophetantes, & inſiliet te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium, &c.*

Micheas Propheta ab Achabo Rege Samariæ accerſitus, vt futurum prælii exitum prædiceret, noluit hoc facere, niſi prius Rex iuſſit coram ſe Muſicum inſtrumentum pulſari. Quo facto à Dei Spiritu occupatus prophetizauit.

Simile factum legitur de filijs Heman, & Idithum, & Aſaph, qui prophetarent in cytharis, & pſalterijs, & cymbalis, vt *Paralap. lib.* 1. *cap.* 25. illis verbis; *Igitur Dauid, & Magiſtratus exercitus ſegregauerunt in Miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Idithum, qui prophetarent in Cytharis, & Pſalterijs, & Cymbalis, ſecundum numerum ſuum dedicato ſibi officio inſeruientes, &c.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.

In quo probatur, quod Muſica furorem extinguit, triſtitiam pellit, atque animi paſſiones moderatur.

MVſica ſimiliter animum recreat, à curis ſubleuat, triſtitiam pellit, & furorem extinguit: quod probatur ex illo *Boetij de Muſic. c.* 1. ibi; *Nihil eſt tam proprium humanitatis, quam remitti dulcibus modis, adſtringique contrarijs*. Imò rapit, demulcet, & quodammodo homines ſua dulcedine deludit, vt ait *Polydor. Virg. de inuent. rer. lib.* 1. *c.* 14. Et *Ephorus Autore Polibio in proœm. ſuar. hiſtor.* ad deludendos homines inuentam tradidit.

Exemplum non vulgare habemus de hoc in *Saule Rege Iſrael.* qui leuius ſe habebat ab ſpiritu maligno, quo arripiebatur, dum Dauid cytharam pulſaret, vt legitur 1. *Reg. cap.* 16. *num.* 23. Quoties enim Saul dæmonum incurſu exagitatus in furorem incidebat, ſtatim vocabatur Dauid, qui ſacros hymnos voce, & fidibus canens, ad ſanam mentem reducebat furentem; & ſic ſpiritus malignus illum relinquebat, quia Muſica plurimum valet, contra malignos ſpiritus. Erat enim tunc temporis Spiritus Sanctus in Dauide, & ideo Saulis cruciatus fidibus mitigabat.

Rodul Agricola Friſius puellas nonnumquam amauit, vel amare ſimulabat, in quarum gratiam patria lingua quædam carmina amatoria elegantiſſimè ſcripſit, quæ puellis, & amicis quibuſdam præſentibus voce, & teſtudine modulatiſſimè canebat, & Huiuſmodi cantionibus, animum interiori ſtudio, & curis grauatum, interdum remittebat, ità *Gerardus Noniomagus in eius vita.*

Pythagoras cenſuit, quod repentini motus animi, & perturbationes mentis, nulla re emulceri poſſunt, quam vocum concentu, & harmonia. *Alexand. ab Alex. l.* 2. *c.* 25. Vnde Pythagoricis poſtea moris fuit animos ad lyram linire. *Cælius lib.* 5. *antiquar. lect. c.* 20. & *Senec. l.* 3 *de Ira.*

L. Sylla, vt animum affectibus, & laboribus diuerſis laborantem refocillaret, cantare ſolitus fuit. Ita *Doctores in eius vita.*

Et *Petrarcha* apertis verbis cecinit:

Perche cantando il duol ſi diſacerba.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VLTIMVM.

In quo promiſcuè oſtenditur, Muſicam morbos curare, dolores minuere, & multa mirabilia operari.

MIrabiliores ſunt effectus Muſicæ hoc loco examinandi. Experientia enim compertum eſt, plurimum valere Muſicam ad corporis morbos curandos, dolores minuendos, infirmitates propulſandas, & alia multa penè miraculoſa De quibus ſingillatim aliqua tantùm referam pro confirmatione eorum, quæ dixi. Cur autem morbis medeatur Muſica, explicat perdoctè *Rodericus à Caſtro lib. 4. de medico Politico cap.* 16. cum non ſit mei inſtituti res per cauſas examinare, ſed ſolum referre, & in vnum congerere, quæ ſparſim per Doctores ſcribuntur, vt alibi dixi. *Gellius verò lib.* 4. *cap.* 13. inquit, quod magna, & mirabilis affinitas eſt inter muſicam, & hominũ corpora, ac mentes; & propterea plurimum confert corporum vitiis, ac medelis animorum. Qua ratione Antiqui aſſignando Apollini cytharam; & Muſicam; & ſic Chironi Medico petiſſimo, ſignificare voluerunt, muſicam eſſe rem diuinam Animæ, & Corporis languoribus conferentem. Quod & voluit *Marſil. Ficin. lib.* 1. *epiſtolar. ad Caluiſianum.*

Damon Philoſophus Pythagoricus, & Muſicus inſignis ſciens magnam eſſe Muſicæ vim, virtutem, ac poteſtatem in curandis hominum morbis, & animorum affectibus ſedandis, videns aliquando quoſdam Iuuenes temulentos inſano furore multa mala perpetrantes tibicinæ cuiuſdam ſono irritatos, quæ modo Phrygio canebat; iuſſit eidem, vt modum mutaret in Dorium; qui omnes eo facto, à temerario impetu deſtitere. Ita refert *Galen. lib.* 5. *Hypocratis, & Platonis dogmatum*, vbi etiam rationem huius rei reddit; & in *aphoriſm. Hypocrat.*

Idem Damon cantu quoſdam Iuuenes, luxuriæ, & crapulæ deditos ad morigeratam, & honeſtam vitam reduxit, vt refert *Marcian. Capell. lib.* 9. Ratio eſſe poteſt, quia Muſica habet neſcio quid diuinitatis, & ideò animi mores; & paſſiones lenire, & ſanare ſolet. Hac ratione nouenarius numerus, qui ad animum pertinet, Muſis attribuitur, vt ſcribit *Cenſorinus in lib. de die natali.* Hinc eſt, quod *Theophilus Philo-*

ſophus

Digitized by Google

ſophus, & cytharœdus ſingularis dicebat, Muſicam eſſe magnum, ſtabilemque theſaurum, vt quæ mores inſtituit, atque componit; ac Irarum ardores mollit. Quod & *Homer. Achill.* inſinuat *Iliad.* 9. inquiens quod Cythara aures ſibi, irarumque procellas permulcebat. *Plutarch. in lib. de Muſic. & Aelianus lib.* 14. *var. hiſtor.*

Pythagoras quoque quemdam alium adoleſcentem barbarum Tauramitanum vino temulentum, iraque furentem modo phrygio incitatum, cum iam ædibus amicæ, quæ alium riualem admiſerat, ignem admouere tentaret, tibicina iuſſa ſpondeos ſuccinere, ad ſobriam mētem reuocauit. *Boetius in præfation. ſua Muſicæ*, & *lib.* 1. *de Muſic. cap.* 1. illis verbis: *Vulgatum quippe eſt, quam ſæpè iracundias cantilena repreſſerit, quam multa, vel in corporum, vel in animorum affectionibus miranda perfecerit; cui enim eſt illud ignotum, quod Pythagoras ebrium adoleſcentem Tauromitanum ſub Phrygij modi ſono incitatum, ſpondeo ſuccinente reddiderit mitiorem, & ſui compotem. Nam cum ſcortum in riualis domo eſſet clauſum, atque ille furens vellet domum cumburere; cumque Pythagoras ſtellarum curſus (vt ei mos nocturnus) inſpiceret; vbi intellexit ſono Phrygij modi incitatum multis amicorum admonitionibus, à facinore noluiſſe deſiſtere: mutari modum præcepit; atque ita furentis animum adoleſcentis ad ſtatum mentis pacatiſſimæ temperauit.*

Quod Muſica plurimum valeat ad elidendam vim feruidiorem vini, eiuſque efflumationes cerebrum inuadentes reprimendum. *Ariſtoxenus* Philoſophus probat, & ideò ad Cænas, & conuiuia Priſcorum introduci ſolebat. Ratio eſt, quia cum vinum deiicere ſoleat de ſtatu corpora, & mentes illorum, qui eo nimis largè ſunt vſi: muſica modico ſuo temperamento competenti ad diuerſum ſtatum ea reuocat, & mollit. *Plutarch. de Muſic.* Et *Cicer.* 4. *tuſculan.* citans *Catonem lib. de originib.* inquit, morem maiorum hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atque virtutes. Sic in Deorum puluinaribus, & epulis magiſtratum fidibus ceciniſſe.

Empedocles etiam, cum eius hoſpitem quidam gladio furibundus inuaderet, quia eius patrem accuſaſſet, modo phrygio iratus, & propterea illum occidere tentaret, modum cantandi mutauit, & ſic adoleſcentis illius iracundiam temperauit, & malum perpetrari prohibuit. Ita ſcribit *Boet. vbi ſup.*

Sanitas conſeruatur Muſica, cum non parum illi conferat cantus, ſonuſque inſtrumentorum ex occulta vi, & connexione, quam cum Anima habet; vt probat *Iſaac lib. de floribus*, & *Tacuinus*; ac *Nicolaus Nicolus in lib. ſermonum medicinæ ſermon.* 1 *tract.* 2. *cap.* 36. *Iul. Firmic. Matheſeos lib.* 8. *c.* 26. *in princ.*

Aſſe-

Digitized by Google

Aſſerunt aliqui auctores, Muſicam curare plures infirmitates. Non ſunt tamen tales, vt eis certa fides haberi debeat; quinimò plura dicunt, quæ manifeſtam ſuperſtitionem olent. Ego verò teſtimonia illorum recitabo, vt in quo pretio Muſicam Antiqui habuerint oſtendam, non vt credàm ità eſſe, vt ipſi ſcriptum reliquerunt. Fidem ergò dicendorum ſciat Lector, per me, apud auctorem manere.

Sagittas itaque, & ſpinas corporibus, oſſibuſq; inhærentes, carminibus muſicis euelli ſcribit *Antonius Beniuenius in lib. de abditis nonnullis, & mirandis morborum, & ſanctionum cauſis c.* 26. vbi tradit, Sagittam cuiuſdam militis ſcapulæ ſiniſtræ infixam, quibuſdam carminibus vulneri muſicè ſuſurratis euulſam fuiſſe, ſanumque militem reliquiſſe, qui prius nullo Medicorum remedio iuuari potuerat.

Sordiculas in oculos ingreſſis Muſicis modulis, & carminibus erui Marcellus teſtatur *c.8. & c.15.* Similiter ſcribit, quod Muſica itidem euellitur, ſi quid faucibus adhæſerit. Et multum glandulis Muſicam prodeſſe ſubdit idem ibidem.

Inflammationes omnes, in quacumque corporis parte eueniant, Muſicis carminibus curari ex ſupradictis D.D. colligitur, & inſuper ex *Plin. lib.27. c.12. prop. fin.*

Peſtem quoq; Muſica curari, probari videtur ex facto Thaletis Cretenſis, quem ope Muſicæ, Lacedæmonios peſtilentia liberaſſe tradit *Pratinas*, & etiam *Plutarch. de Muſic. & in moralib.* Probat *Vntzerus lib.1. antidot. peſtil. lib.1. p.2. diſt. 3. med. 5. n. 6.* Firmat etiam *Beuerouic. in ſua idea medicinæ veterum p. 3. cap.2. & Mar. Capell. lib.9.* & *Pauſan. lib. 1. de Attic.*

Phœbus ſimiliter, luem, quæ in Græcorum caſtris graſſabatur, muſica diuertit, & propulſauit *Homer. Iliad.* 1. cuius verba ex Græco traducta ſunt hæc:

Magnum perpetuò numen cantu celebrabat.
Carmen Achiuorum ſoboles ſcitum modulando
Phœbum cantabat, quo aures illi exhilaratæ, &c.

Hoc refert etiam *Plutarch. de Muſic.*

Valet non parum ad explodendum *timorem*, & fortitudinem immittendam mortalium animis. Hac ratione Ageſilaus, dum à quodam interrogatus fuiſſet, quare ſpartiatæ dimicarent ad Tibiarum ſonum; reſpondit: Vt cum ad modos incedunt milites, ignaui, & fortes eluceſcant. *Plutarch. in Apophteg.*

Cyrus Perſarum Rex, ne milites efferis clamoribus hoſtium perculſi trepidarent, hymnum quemdam canere iuſſit. Quo concentu effecit, ne improuiſa formidine caperentur. Ità *Alex. ab Alex. lib.4. c.7.*

Digitized by Google

Terpander Lesbius vocatus à Lesbo *ſeditionem* inter Lacedæmonios ortam, cantus ſuauitate ſedauit. Gyraldus, *ex Plutarch.de Muſic.*

Perturbationes animi quoſcumque Pythagoras lyra componebat. *Senec. lib. 3. de ira.*

Ad dolores corporis quoſcumque mitigandos, & morborum cruciatus temperandos confert plurimum Muſica, vt inquit *Aelian.lib.9. cap.5. de var.hiſtor.* & *Auicenn. lib.1.fen.4.c.30.* Vnde *Euripides* in luctu, muſicam adhibendam eſſe cenſet, cum ibi quærendum ſit aliquid, quo minuatur dolor. *Muretus lib.6. var.lect. c.16.*

Vulneratis quoque non parum conferre Muſicam colligi videtur ex eo, quod refertur in *Theſauro Politico pag.* 396. de quodam nobili Romano læthaliter vulnerato,cui valdè profuit Muſica.

Podagra quoque non mediocriter linitur, & dolor minuitur,ſi muſica adhibeatur,vt ait *Marchus Varro.* Et probatur facto Sereniſſimi Ducis Bauariæ Alberti,qui podagra laborans tempore Friderici Imperatoris aſſiduis cantibus, & ſonis, ſepoſitis curis, animum oblectabat. *Aen. Sylu. c.41. Europæ.*

Ad molliendos animos valet etiam muſica, vt aliàs dixi, vnde multi ex Barbaris, cum legationes de pace mittunt, cum tibijs, ac cytharis faciunt,ad hoc vt hoſtium animos molliant. *Theopompus lib.46. Hiſtoriar.* vbi inquit *Getæ Cytharas habentes, eaſque pulſantes, legationes de conficienda pace faciunt. Athen.lib.* 14. *c.*11.

Aſclepiades multos inſanos, & phreneticos Muſicis ſymphonijs curaſſe ſcribit Celſus *lib. 3. ſuæ medicinæ c.* 18. *Marcian. Capell. lib.9. & de multis alijs morbis vid. Caſſan. in Cat. Glor. mun. conſ.51.p.10.*

Parrhaſius pictor inſignis Muſica ſæpè ſæpiùs laborem mitigare conſuebat. *Theophraſtus apud Aelian. lib.9.de var.hiſtor.* & *alibi dixi.*

Ita etiam ſolebat facere Nicias pictor egregiùs, qui laboris tædium cantando fallebat. *Idem* Theophr.

Pythagorici animos à *laboribus vexatos*,molles muſica reddebant. Vnde cum à laboribus laxi ſomnum capere non poſſent, vtebantur quibuſdam cantilenis ad conciliandum ſomnum, & acquirendam quietem. Et excitati poſtea quibuſdam alijs vtebantur ad purgandam mentem,& eiiciendum ſtuporem,& confuſionem ſomni. *Boetius lib.1. de muſic.* illis verbis: *Intantum verò priſcæ philoſophiæ ſtudijs vis muſicæ artis innotuit, vt Pythagorici, cum diurnas in ſomno reſoluerent curas, quibuſdam cantilenis vterentur, vt eis lenis, & quietus ſopor irreperet. Itaque experrecti alijs quibuſdam modis ſtuporem, & ſomni confuſionem purgabant; Id nimirum ſcientes,quod tota noſtræ Animæ, corporiſque compago muſica coniuncta ſit, &c.*

Me-

Digitized by Google

Memoriæ vtilis eſt Muſica, vt inquit *Cicero de legib.* Vnde Cretenſes iuſſerunt liberorum filios cum quodam concentu, & melodia leges perdiſcere, vt ex muſica voluptatem caperent, & facilius eas memoria complecterentur, & tenaciùs retinerent. Et ne ſi quid contra leges admiſiſſent, per ignorantiam ſe feciſſe, defendere poſſent. *Aelian. de var. hiſtor. lib. 2.* vbi ait, quod ſecundum, quod eis proponebant diſcendum, erant hymni facti in honorem Deorum, & poſtea encomia Virorum fortium.

Caſtitas, & pudicitia conſeruatur, atque tuetur ope muſicæ, vt inquit *Homerus odyſſ. 3.* Vnde Agamennon Mycenarum Rex, ſciens magnam eſſe Muſicæ vim in caſtitate tuenda, Cytharædum quemdam nomine Demodocum, qui muſicus, & poeta egregiùs erat, pudicitiæ cuſtodem Clytæmneſtri vxori ſuæ reliquit, qui laudes caſtarum mulierum caneret; ſciebat enim quod Aegiſtus illam corrumpere quærebat; nec prius ab eodem Aegiſto, qui ſuæ pudicitiæ inſidias parabat, fuit ipſa decepta, quam Cytharædus occiſus fuerit, cuius cantu caſtitatem prius ſeruauerat *Athen. lib. 1. dipnoſoph. c. 7. ſtrab. lib. 1. geogr. & Homer. vbi ſup.*

Phemius quoque ob eamdem cauſam (erat enim iſte frater Demodoci prędicti) ab Vlyſſe Penelopi vxori cuſtos datus eſſe fingitur *ab Homero in primo odyſſea,* qui coactus apud procos canebat, non turpes fabulas, ſed miſerabilem Gręcorum reditum à Troia; nam ideò coactus in Ithaca ab Vlyſſe relictus fuerat, vt canendo Penelopem cuſtodiret. *Euſtathius in 3. odiſſeæ; & Suidas.*

Iſchiadicos, & coxendico dolore laborantes plures ex Bæotiis, Iſmenias Thebanus, qui fuerat diſcipulus Antigenidæ, tibiæ cantu, bonæ valetudini reſtituiſſe creditur à *Boet. lib. 1. de muſic. & Cæl. Rodig. lib. 9. c. 1.* Et *Theophraſtus lib. de afflatione,* ſcribit, Iſchiadicos ſanos fieri, ſi more Phrygio harmoniam aliquis indigena illis accinerit. Firmat *Athen. lib. 14. c. 10. & Aull. Gell. lib. 4. c. 3.*

Rabies, rabioſorumque canum morſus Muſica curari dicitur, ſic pluries feciſſe Xenocratem refert *Marcian. Capell. lib. 9. & Caſſan. in Cat. glor. Mund. p. 10. conſ. 51. verſ. quapropter.*

Stultos quoque Organorum ſonitu antiquæ ſanitati ab eodem Xenocrate redditos fuiſſe teſtatur, idem *Marc. vbi ſup.* Perturbationes animi Pythagoras lyra componebat. *Senec lib. 3. de ira.*

Phreneticos multos ab Aſclepiade medico inſigno, qui Muſicæ vim in multis infirmitatibus maximam eſſe expertus fuerat, cantu, & ſono priſtinæ ſanitati redditos fuiſſe, & ſic etiam alios alijs infirmitatibus laborantes ſtatim conualuiſſe, refert *Celſus in 3. lib. ſuæ Medicinæ;*

ſubdens, nullum, licet efferatum, & iratum, Muſicam audiendo; quietum, ac placatum redditum non fuiſſe.

Inſaniam curatam ſcribit ſymphoniis, & cymbalis, *Celſus lib. 3. cap.* 10.

Surditatem etiam aurium Muſica tolli dicunt. Nam tubę ſonitu ſurdis auditum reddidiſſe Aſclepiadem teſtatur *Marcian. Capell. lib.* 9. vbi etiam refert, Hęrophilum ægrorum venas, rythmorum collatione penſaſſe.

Febrem quoque Muſica curari refert idem *Capell. ibid.* illis verbis: Muſica non ſolum animorum perturbationibus medetur, ſed etiam multis corporis morbis, cum ad febrem quoque ac vulnera cantiones quotidie adhibeantur. Legitur enim à Peone; & nonnullis alijs medicis, ægrotos penè deſperatæ ſalutis, Muſicæ oblectamentis curatos fuiſſe.

Quartanam Muſicis melodijs curari ſcribit *Arnaldus Villanouanus in, in libello de regimine Quartanæ.*

Diſcordiam Populorum pluries idem Aſclepiades muſica compoſuit; ſicut & eiuſdem ope plures diuerſis morbis laborantes curaſſe, teſtatur, idem *Marcian. Capell.*

Viperarum morſibus lęſos, tibiarum cantu, fidicinumque ſono, atq; alijs Muſicis inſtrumentis modulatè adhibitis, Theophraſtus Ereſſius ſanitati reſtitutos ſcriptum reliquit. *Aul. Gell. lib.* 4. *Noct. Attic. c.* 13. & *Alex. ab Alex. lib.* 2. *c.* 17. *Cælius lib.* 6. *cap.* 13. & *Adrian. lib.* 9. *Animalium, quo loco de morſu Aſpidis loquitur.*

Scorpionis quoque morſibus, alijſque morſibus animalium, venenatorum adhibita muſica mederi cenſuit *Alex. Trallian. auctoritate Galeni lib.* 9. *c.* 4. *in fin.*

Malencoliæ, & pluribus alijs morbis, ac animi valetudine affectis opem ferre Muſicam docet Aul. Gell. *lib.* 4. *noct. acticar. cap.* 13. & Staphilæus *lib.* 3. *theſaur. rer.* vbi refert Chyronem Muſica tantum curaſſe multas infirmitates. Et de Venenis viperarum, & aliis firmant Iſaac 2. *viatic. c.* 20. Haly Abb. 5. *theoric. c. vlt.* Galen. *lib.* 1. *de ſanitate tuend. c.* 8. Cæl. Rhodigin. *lib.* 8. *antiquar. lect. c.* 1. Ariſt. *lib.* 8: *Politicor. c.* 3. Valleſ. *lib. de ſacra Philoſ. c.* 28. & Rodericus à Caſtro *lib.* 4. *de medico Politico cap.* 16. vbi fuſè, & perdoctè conatur rationem reddere, quare Muſica morbis quamplurimis medeatur; quod etiam poſt alios fecit P. Athan. kircher. *in ſua Muſurg. tom.* 2. *lib.* 9. *per tot.*

Phalangio morſi, ſiue percuſſi, quod animal vulgò *Tarantula* dicitur in Apulia, quæ eſt vna ex duodecim Prouincijs Regni Neapolis, nullo alio remedio ſanantur, quam quibuſdam Muſicis modis, vt refert

Digitized by Google

fert Amatus Luſitanus *lib. 2. in Dioſcorid.* & Matthiolus *lib. 2. in Dioſcor.* vbi refert, quod in agris Tarenti Apuliæ Ciuitatis (à quo nomen animal accepit) præſertim in quantitate inuenitur iſta Tarantula, quæ eſt Aranei ſpecies, in cauernis terræ deliteſcens, & in æſtate homines, præſertim meſſores, ex improuiſo mordet; à quo icti mortiferè cruciantur, & ſolò Muſicorum inſtrumentorum ſono demulcentur, & non alio, remedio; licet omnia mundi Anthidota præbeantur. Hoc autem veneno affecti continuò ſaltant, & tripudiant per ſex, vel octo dies, ſingulis annis, recurrente tempore morſus, & tandiu durant cruciatus, quos patiuntur, & anxietas, qua vexantur, donec viuat ipſum animal, quod morſum intulit; quo mortuo ceſſant dolores, & accidentia prædicta, vt referunt illius regionis Incolæ. Durante autem tempore prædicto muſici inſtrumentales, & vocales adhibentur; qui ſono, & cantu patientes reficiunt, & eorum dolores mulcent, atque alleuiant. Plures ex iſtis ego propriis oculis vidi, & in dicta Prouincia iter faciendo, & in Ciuitate Neapolis, dum legibus, & alijs diſciplinis, ibi operam nauarem. Et annis proximè præteritis quidam Pater Capuccinus ſimili morbo agitatus, ac vexatus permanebat in Conuentu PP. Capuccinorum Ciuitatis Firmi. De quo etiam eſt videndus *Foreſta lib. 30 de venenis obſeruat. 12. & Alexand. ab Alex. lib. 2. Genialium dier. cap.* 17. vbi *per hæc* formalia verba loquitur: videlicet: *Cum per Apuliæ campos feruentiſſimos; vbi hoc malum peculiare exiſtit, ſub cane iter faceremus, vndique oppida; & vici tympanis, fiſtulis, aut tibijs circumſonabant. Cuius rei cauſam quærentibus nobis, relatum eſt, tarantulæ morbo affectos, vndique per oppida curari. Cumque eius rei gratia in pagum quemdam diuerteremus, inuenimus adoleſcentem morbo eiuſmodi affectum. qui velut repentino furore ictus, & mente abalienatus, corporis motu non indecore, & manuum, pedumque geſtibus ad tympanum pſallebat, non inconcinniter, vtque vehementius modis acciperet, quaſi illo pulſu demulceri animus, & leniri dolor videretur, ſenſim, & placidè aures tympano admouere: mox caput, manus, & pedes crebrò motu concutere, & demum in ſaltum ſe attollere videbamus. Quæ res cum ludo, & riſu prorſus digna viſu foret; interim is, qui tympanum pulſabat, ſonitu parumper intermiſſo, pauſam fecit. Atque illum morbo affectum, vbi præcentio illa quieuit, velut attonitum, ſtupentique ſimilem repentè animo linqui, & omni ſenſu deſtitui cernimus; Rurſus reſumpto tympano, vbi primum modulos audiuit, priſtinas illum vires reſumere, & acriùs in choreas inſurgere ſpectabamus, &c.* Creditum eſt, quod à verò non abhorret, vim illam veneni, virulento morſu, & ſanie conceptam, harmonia, & vocum concentu, per totum corpus diffundi, atque inde fato, neſcio quo, dilabi, & exinaniri. Ideò illos, qui morbo eiuſmodi laborarunt, ſi quid reli-

reliquiarum reſiduum fuit, quod penitùs curatum non ſit, ſi quando ſono extrinſecus, vel concentu illorum aures affici contigerit, veluti mente conſternatos, toto corpore, & animo concuti, ac manibus, pedibuſque geſtire compertum eſt, donec vis illa tabifica penitùs extincta fuerit.

Rationem autem horum accidentium reddere conatur *Pater Athan kircher. in ſua Muſurgia tom. 2. lib. 9. cap. 4. & ſeq.* vbi ait, quod ipſemet experientiam fecit, in Regno exiſtens, cum quadam Tarantula ex induſtria in quadam phiala allata cuiuſdam Nobilis ope, quæ Muſicis modis auditis, mira quædam operata fuit.

Vidiſtis Lectores quot, quantaſque animi, & corporis affectiones curat Muſica, ex occulta, quam Deus indidit virtutem, & ex cognatione, affinitateque, quam cum anima habet; vnde Philoſophi rem ſacram illam appellauerunt, ſtabilem theſaurum, Rem Diuinam, & Alij alia encomia tribuendo, propter mirabiles effectus, quos producit, vt probaui *ſup. per tot.*

Ego autem conſulerem ijs, qui corporis infirmitatibus laborant, vt hanc Muſicam adhibeant, correctionem ſcilicet morum, emendationemq; malè anteactę vitæ, vt enim inquit *Baldus* omni doctrinę genere inſignitus *in cap. qua fronte ante fin. de appellationib.* qui vult ſanitatem corporis, priùs quærat ſalutem animæ, quia anima iuuat corpus. Et in *l. 1. col. vlt. Idem Bal. ff. de ædilic. edict.* Scribit ex animi paſſionibus plerumque generari morbos corporis. Id quod præcipit etiam Pontifex *in cap. cum infirmitas de penitent. ac remiſs.* ante ſcilicet corpus, animam curari, quæ plerumque corporis ægrotationis cauſam præbet; per quem textum tenentur medici ſuadere infirmìs, ante omnia, vt confeſſionem peccatorum Sacerdotibus faciant, quia cauſa ceſſante, ceſſat effectus, alias arceantur ab Eccleſiæ ingreſſu, vt ibidem notatur, & eſt *Concil. Lateranen. 4. c. 22. & in Concil. Rauennat. 2. ſub Clem. V. can. 15.* habetur, quod Medicus non poteſt ſecunda vice viſitare infirmum, niſi hic ſacerdotem pro confeſſione vocauerit. Et vltra diē tertium eum non, viſitet confeſſorem vocet, ſub pœna Infamiæ, & priuationis gradus, niſi ſi rationabilis cauſa non excuſet *Pius V. conſtit. 3.* quæ incipit *ſupra.*

Quod & *Diuus Chryſoſtamus in Matthæum Homil.* 28. Apertis verbis innuit, inquiens, plurimas ægrotationes, ab animæ peccatis, originem trahere. Nam ſi mors, quæ morborum omnium origo, & caput eſt, à peccati radicibus pullulauit. *vt in Conc. Trid. habetur ſeſſ. 5. in decr. de peccat. origin.* Quid mirum ſi infirmiates quoque multæ inde naſcantur, vnde vel ipſa ægrorandi poteſtas egreſſa eſt? Et idem

Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtom. in Ioannem Homilia 37. declarans illud eiuſdem. *Ioannis c.5. de Paralytico: Ecce ſan. factus es, iã noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*; inquit ille ; *Quid hic admouemur? niſi quod ex peccatis, morbi generantur*. Pro prædictorum confirmatione, adducam plura teſtimonia ex Diuinis, & ſacris litteris deprompta, ex quibus clarè patet pluries à Deo in homines fuiſſe peſtilẽtias, & morbos immiſsos, ob eorum facinora; vt habetur non ſemel tantùm; ſed ſæpè, *Deuteronom.* 28. *Leuit.* 26. *Numer.* 14. *Reg.* 2. *cap.* 24. & *vlt. Paralipom.* 1. *c.* 21. Ezechi. 6. 7. 14. 28. & 33. *Hieremiæ* 21. & 24. *infin*; & 29, & Ionæ 4. Et inſuper eſt textus notabilis *in Auctbentic. Vt non luxurientur homines contra naturam*, in quo habetur, peſtilentias plerumque haberi, & alia mala, propter hominum ſcelera, & pluribus alijs locis. Quare *Theophilactus in Matth. cap* 8. inquit, morbos eſſe vindices, & milites Dei; quod etiam ſenſit *Heſiodus in operib. & dieb.* à quo non diſſentit Doctiſmus Medicus *Arnaldus Villanouanus in libello de cautelis medicorum*; & *in ſpeculo introductionum medicinalium cap.* 80. & *in lib. de regimine ſanitatis. p.* 2. *cap* 9. & *in lib. de conſeruanda iuentute cap.* 3. & *Galen. lib.* 10. *Therapeuticæ* 4; ex auctoritate Platonis in charmide, vbi omnia corporis oſtendit, & mala, & bona ab anima fluere in ipſum corpus, quemadmodum oculorum qualitas fluit à cerebro, cerebri à toto corpore; vnue inquit. *Galenus* vt impoſſibile eſt, oculos curari, niſi corpus totum purgetur; ità corpus ipſum, niſi Anima benè valeat, non poſſe benè valere. *Et Idem Galen. in* 3. *Tethnis cap.* 3. & iterum *cap.* 34. inter ea, quæ ſanitatem corporis labefactant, & paſſiones quoque animi reponit; Cui aſſentitur *Ioannes Damaſcenus Aphoriſm.* 22. vbi cõgerit, quod cum corpus patitur, & maximè principalia membra, medicinam Animæ eſſe exhibendam; *Et Vlpianus Iureconſult. in l.* 1. §. *apud Iulianum ff. de ædilic. edict. & in l. ob quæ vitia in princip. eod. tit.* tradit, vitium corporis, quandoque vſque ad animam penetrare, ideo qui quærit corporis ſanitatem, neceſſe eſt, vt priùs ſalutem animæ quærat. Hac ratione ſacerdotes, dicuntur medici *in cap. omnis & in cap. cum infirmitas de pænitent. & remiſſion.* Quia ſcilicet curantes animam, & corpus quoque curant, vt inibi ſcribitur; Quod ideo Dominus noſter Ieſus Chriſtus medicũ ſe exhibuiſſe, & profeſſum fuiſſe cognoſcimus *Matthæi* 9. *Marci* 2. & *Lucæ.* 5. cum dicit de ſe loquens, non opus eſſe benè valentibus medco; & *in cap. adhuc perfidi verſ. quod autem multos de pænit. diſt.* 3. & *Gloſ. in cap. conuertimini de pænit. diſt.* 1. & alibi medicus appellatur; Et Dominus *Exod.* 15. poſtquam docuit Moyſem vim, & naturam eius ligni, quo aquas dulcorauit, inquit: *Si audiendo audieris vocem Domini Dei tui*, &

quod

quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſque omnia præcepta illius, omnem languorem, quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te; Ego enim ſum Deus ſanator tuus, aut, vt alij vertunt, *Medicus.* Quod & palam inſinuauit. *Diu. Paulus,* qui cum in 1. *ad Corinth. cap.* 11; eos coarguiſſet quorumdam facinorum, ait: *ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Vnde ſanitatem, & bonam valetudinem promitti iis, qui eius mandata ſeruauerint, adeoque probos, bonoſque viros in ſacris litteris legimus diutius viuere; contra vero improbos, ac ſceleratos ocyus mori, cuius rei teſtimonium habemus. *Deuteronom.* 5. Ibi: *Per viam, quam prætexit Dominus Deus veſter ambulabitis, vt protelantur dies veſtri*; & Deuteron. 6. *Timeas Dominum Deum tuum & cuſtodias omnia mandata, & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, vt prolongētur dies tui*; Et Exodi 23. *Numerum tuorum implebo.* Et pſalm. 20. *Tribuiſti ei longitudinem dierum.* Et pſalm. 33. *Quis eſt homo, qui vult vitam & diligit dies videre bonos? Probibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, & cæt.* & pſalm. 9. *longitudine dierum replebo eum*, cùm infinitis alijs ſacræ ſcripturæ locis; Et è contra peccatoribus, & improbis breuiatur vita propter eorum ſcelera, vt *Prouerb. cap.* 10. *Anni improborum abbreuiabuntur*; & Iob. 22. *Iniqui ſublati ſunt ante tempus ſuum*, & Eccleſiaſtic. 8. *Non ſit bonum impio, nec prolongentur diet eius, ſed quaſi vmbra tranſeunt*; & pſalm. 77. *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione, & alibi.* Quibus accedit textus *in cap. Epiſcopi in fin.* 11. *q.* 3. & *in cap. Dilectiſſimis* 2. *paulò ante fin.* 12. *q.* 1. in quibus. *Gloſ.* annotat, quod citiùs quis moritur, propter peccatum; Et ex hoc leges imitantes Diuina ſtatuta facinoroſos, & delinquētes morte plectunt, & ſic ex eorum delictis, & peccatis, pænam condignam recipientes, vitam finiunt, quam fortè longiùs protraxiſſent, ſi Dei mandata ſeruando, à peccatis, & facinoribus abſtinuiſſent, Quare ex dictis, eſt concludendum, quemlibet infirmitatibus corporis laborantem debere ad Deum recurrere, pænitendo ſe de peccatis commiſſis, & de illis dolere, quatenus ſunt offenſa Dei viuentis ſummè colendi, & accedere ad Sacramentum pænitentiæ, cum vero, & firmo propoſito amplius non peccandi, mediante Diuina gratia; ſicque effugiet iram Dei, & omnia mala, & Infirmitates corporales. Et hæc erit vera Muſica, & perfectiſſimum rimedium ad omnes languores corporis curandos.

Sed tandem canere receptui neceſſe eſt; & manum ſiſtere. quid plura de Muſica, eiuſque viribus; ac de alijs, quæ ipſi præſtantiam, & nobilitatem tribuunt? Volumen quippe magnum edere potuiſſem, ſi ex ſingulis Doctoribus, qui de illa agunt, particulam quamdam,

dam, licet minimam referre voluiſſem, atque omnia attingere conatus fuiſſem. Finem propterea aliquando imponam; vſurpando tamẽ, & meritò, verba. *Sancti Ambroſij. Epiſc. lib.* 1. *De virginib. poſt initium: Prolixa laudatio eſt quæ nõ quæritur, ſed tenetur. Nemo eſt laudabilior, quam qui ab omnibus laudari poteſt.* Quot homines, tot præcones. Et ſatis conſtat ex dictis. *Sancti Iſidor. lib.* 3. *originum.* cap. 3. vbi dixit, tam turpe eſſe, Muſicam ignorare, quam litteras, *Et Eraſmus in adagijs* inquit, quod olim indoctus habebatur quiſquis huius eſſet rudis. Imo pro ſumma Muſicæ laude. *Viuald. in tract. de perſeq. Eccleſ. perſec.* 10. ait; quod pluribus in locis ſacræ ſcripturæ fideles ad cantandum inuitantur; vt in pſal. 32. *Confitemini Domino in Cythara, in pſalterio decem cordarum pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione*; Et pſal. 149. *Cantate Domino Canticum nouum &c. Laudent nomen eius in choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei.* Et pſalm. 95. *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra*, Et pſalm. 97. *Cantate Domino Canticum nouum quia mirabilia fecit*; Et pſalm. 42. *Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus*; Et pſalm. 97. *pſallite Domino in cythara, in cythara, & voce pſalmi in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Et pſalm. 150. *Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cythara: laudate eum in tympano, & choro: Laudate eum in cordis, & organo: laudate eum in cymbalis benè ſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, & ſic de cæteris*, quaſi infinitis Sacræ Scripturæ locis ſatis abundè conſtat, muſicam eſſe rem valde excellentem, vt ait *Plato*, & eius vſus in omni vita locum habet, & ideo in omni loco debet admitti, tamquam vtilis, & neceſſaria, quia animus noſter harmonia multum delectatur, ex eo quia anima, & omnia à primo opifice harmonicè creata ſunt, vt probaui per tot. De illa tamen muſica loquor, quæ circa numeros verſatur, quatenus ex illis proportio harmonica conſurgit, quæ Theoricam, & Praxim continet; à prima autem, praxis pendet, quæ in opus prodit; & ad vſum reuocat ſingula; & ſic illa nobiliſſima eſt per ſe, licet accidentaliter ſordida, quodammodo efficiatur culpa hominum, qui Muſas virgines proſtituunt, dum ex pulcherrima arte, ſordidum lucrum captant. Quod muſicæ ſuccedit, ſicut cæteris Mathematicis diſciplinis, quæ licet de per ſe nobiliſſimæ ſint, hominum tamen cupiditate, viles, & mechanicæ, quodammodo redduntur, occaſione lucri captandi, ad vitam ſuſtentandam. Idcirco breuior in eius laudibus eſſe non potui, vt propoſueram, nam neque expediebat, quæ ad animorum inſtitutionem conducerent breuiori narratione in medium proferre; neque continere me, intra breuitatis limites, valui, in vaſtiſſima muſicæ materia poſitus. Errant tamen, & quidem toto Cælo, qui

lo, qui putant, me totum fuiſſe in exornatione muſicæ, nam quæ dixi, pauca ſunt, maiora, quæ potuiſſem referre. Conſilium autem meum in eo fuit, vt in primis curioſis in aliquo ſatisfacerem, & poſteà ex narratis de Muſica, conſonantem cum lege Dei concordiam legentes redderent bonorum operum fructibus, ſecundum *D. Auguſtinum in Pſalm.* 80. nam ſic ſuauis redditur concentus, & concors harmonia perficitur, ſi Dei præceptis, operibus reſpondeatur; ac ſi mores cum Diuina lege conueniant, & humani affectus concorditer cum recto dirigantur. Hæc debet eſſe harmonia, quam omnes fideles facere deberent; qua mala omnia fugerent, & coronam gloriæ conſequerentur. Exerceatur itaque talis muſica, ſcilicet bonorum operum conſonantia, & cantilena iucundiſſima obſeruantiæ Diuinorum præceptorum canatur ab omnibus, proportionem cuſtodiendo rebellantium corporis ſenſuum, cum præſcripta norma Diuinæ legis, & ſic inimici hominis, vel victi cedent, & confuſi recedent, vel profligati diſcedent, & amplius ad tentandum non accedent. Vnde hoc modo muſicas partes quiſque implebit, & inimicorum conatus omninò fruſtrabit.

F I N I S.

Ad laudem, & Gloriam omnipotentis Dei, Beatæque Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Amen.

In Conceptione tua Virgo Immaculata fuiſti
Ora Pro Nobis Patrem, cuius Filium Peperiſti.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ In Primo libro continentur.

A.

ACitabulum muſicum inſtrumentum. fol.9.
Achilles muſicus. 91.& 117.
Idem muſica animum placabat. 171.
Aeris qualitates. 72.
Affectus Animi muſica mouentur. 162. 182. & 186.
Ageſilaus Imperator muſica delectabatur. 109.
Alexander Magnus muſicus. 118.
Idem ad bellandum incitabatur muſica. 167.
Alleluya quarè non cantetur ab Eccleſia à Septuageſima vſque ad Paſcha. 47.
S. Ambroſius muſica eruditus. 101.
Amazones muſica bello vtebantur. 166.
Amorem Cæleſtium muſica immittit. 179.
Amor profanus mors quædam animæ eſt. 138.
Amphio inſignis muſicus. 173.
Angelorum Ordo muſica eſt. 46.
Angelorum cantus in Cælo. ibid.
Angeli, quarè hodiè pingantur cum inſtrumentis in manibus. 128.
Anima eſt ſubiectum muſicæ. 40.
Anima muſicè creata. 60.
Animæ potentiæ, tres. 61. & in miſcellan. 4.
Animæ nobilitas. 64. & in miſcellan. 4.
Anima diuerſimodè appellatur, ſecundum operationes. 63.
Anima Sanctiſſimam Trinitatem repræſentat. ibid.
Animalia irrationalia muſica delectantur. 163. & 174.
Animalia muſicè compoſita. 50.
Animus muſicam audientium qualis eſſe debet. 82.
Animus muſicorum, item qualis. 83.
Animi motus muſica liniuntur. 162. 182. & 186.
Anthropogloſſa iſtrumentum muſicum. 9.
Antiqui Gentiles muſicæ æſtimatores. Vid. Gentiles.
Antiquitas muſicæ. 42.
Antiquitas præſtat nobilitatem. ibid.
Antipathia rerum vndè. 50.
Apollo inſignis muſicus. 173.
Aquæ qualitates. 72. & in Miſcellan. 5.
Arcades Populi muſicam extimabant 127. & 141.
Architectis eſt neceſſaria muſica. 91.
Archiepiſcopi, & Epiſcopi muſicam profeſſi. 104.
Argiui muſicæ æſtimatores. 141.
Argumentum à contrario ſenſu in Iure firmiſſimum. 84.

Bb 2 ex

ex authoritate, & exemplo, validum. 125.
de tempore ad tempus, valet. ibid.
ex identitate rationis, validum. 152.
ab effectu, validiſsimum. 161.
Arion muſicus inſignis, & eius caſus. 175.
Ariſtoteles muſicus. 120.
Arithmeticæ vtilitas ex muſica. 78.
Armenta muſica delectantur. 177.
Arpa. Vide Harpa.
Artes liberales, ſeptem; & quare ſic dictæ. 36.
Artes mechanicæ ſeptem, & quare ita appellatæ. ibid.
Artes omnes vtilitatem recipiunt ex muſica. 79.
Aſcarum inſtrumentum muſicum. 9.
Aſtronomia vtilitatem ex muſica recipit. 79.
S. Athanaſius muſicæ ſtudioſus. 101. & 105.
P. Athanaſius Kircherius muſicus. 108.
Athenienſes muſicæ æſtimatores. 128. 141. & 166.
Aues multæ muſica capiuntur. 178.
S. Auguſtinus muſica floruit. 101.
Auctoritas Poetarum, maxima. 75. & 172.

B.

Bacchus muſicus periculum mortis euaſit. 173.
Barbitos muſicum inſtrumentum. 9.
Baſſus, tenor, altus, & cantus, vnde originem trahant. 51.
Beda Venerabilis muſicus. 106.
Bellum, muſica iuuatur. 164.
Bicordium inſtrumentum. verb. Monocordium.
Boni tardius moriuntur, quàm peccatores. 190.
Boues cantu delectantur. 163.
Bruta animalia muſica delectantur. 174.
Buccina muſicum inſtrumentum. 10.
Burdellectum inſtrumentum. vid. verb. Mandora.

C.

Caius Caligula Imperator muſicus. 109.
Calamus muſicum inſtrumentum. 10.
Calidum quid ſit. 71.
Campana. 10.
Campanæ portentoſæ. 11.
Canendi modus duplex. per Bemol; & per Bequadrum, quare. 59.
Canticum inſtrumentum muſicum. 13.
Cantilenæ in Vrbe debent approbari à Sacr. Congregatione Rituum. 169.
Cantilenarum ſpecies. 179.
Cantores venerandi. 87.
Cantus Angelorum in Cælo. 46.
Cantus vtilitas. 77.
Cantus deuoti effectus. 81.
Caput hominis nobile membrum. 69.
Cardinalatus dignitas maior omnibus poſt Papatum. 103.
Cardinales qui muſicam coluerunt. ibid.
Cares Populi muſicæ æſtimatores. 136.
Carolus Magnus Francorum Rex, & Imperator, muſicæ ſtudioſus. 110. & 114.
Carmina conuiualia quæ. 134.
Carmina muſica Verb. Cantilenæ & verb. Dythirambon.

Digitized by Google

Caſimirus Ioannes Poloniæ Rex Muſicus. 117.
Caſtitas conſeruatur muſica. 187.
Caſtitas Deo gratiſſima. 93.
Caſtrans ſe ſponte, non poteſt fieri Clericus. 86.
Caſtrantes pueros, & caſtrari patientes, puniuntur. 84.
Caſtrari pueros, cur permittatur ab Eccleſia. ibid.
Caſtrumvillarum Ciuitas Calabriæ Citerioris, antiquiſsima. 127.
Cæli ſe reuoluentes harmoniam faciunt. 51.
Cæli ſunt ſolidi, non fluidi. 53.
Calorum diſtantia. 54. & 56. *magnitudo.* ibid.
Harmonia 63. & *quare non intelligatur.* 51.
proportiones muſicæ. 54.
figura. 55.
Certamen muſicum inter ſyrenas, & Muſas. 156. & 159.
Cerui muſica capiuntur. 177.
Chelys inſtrumentum muſicum. 13.
Chitarra Spagnola. vid. *Ver. Cythara Hiſpanica.*
Chitarrino. vid. *Verb.* Mandora.
Chorda vndè dicta. 15.
Chori inuentio, & initium, à Flaniano *Epiſcopo.* 105.
Chorus inſtrumentum muſicum. 13.
Chriſtiani muſica in funeribus vtuntur. 139.
Chriſtianis omnibus muſica vtilis. 80.
Clericis, & Eccleſiaſticis muſica neceſſaria. 92.
Clerici muſici. 106.
Clerici digniores regularibus. ibid.
Cognatio quædam inter animam, & muſicam. 149.
Colaſcione. vid. *Ver. Dichordium.*
Columnis duabus, cur muſica à Lamech relicta. 96.
Comparatio muſicorum, cum Luſcinijs. 152.
Cygnis. 154.
Sirenis. 156.
Muſis. 158.
Angelis. 159.
Conſcientia bona, harmonica. 64.
Contemplatio rerum diuinarum per muſicam excitatur. 48. & 149.
Conniuia antiqua muſica celebrabantur. 134.
Conuiuiorum ſpecies. ibid.
Conuiuia Clericis prohibita.
Conuinalia carmina, tria. 135.
Cornamuſa Inſtrumentum muſicum. 14.
Cornu inſtrumentum muſicum. ibid.
Corporis humani menſura. 65.
Corporis qualitates ab Elementis. 70.
Corpus humanum muſicè compoſitum. 64.
Crepitaculum inſtrumentum muſicũ. 14.
Cretenſes muſicæ æſtimatores. 165. & 187.
Crotalum inſtrumentum. 14.
Crotoniatæ Populi muſicæ Aeſtimatores. 167.
Cruſma inſtrumentum. 15.
Cubitus menſura. 65.
Cybelis Sacerdotes muſica in Sacris vtebantur. 132.
Cygnorum comparatio, & deſcriptio. 154. *Proprietas.* 168.
Cymbalum inſtrumentum muſicum. 15.
Cythara inſtrumentum muſicum. 15.
Cythara hiſpanica. 16.

Da-

D

S. *Damaſus primus Pontifex muſicæ profeſſor.* 100.
Dauid Rex muſicus. 113. & 180.
Dedecus erat antiquitus muſicam neſcire. 120. 126. & 131.
Definitio muſicæ. 34.
Delectatio muſicæ ſignum bonæ vitæ, & morum. 149.
Delphini delectantur muſicca. 174.
Dæmones muſicam fugiunt, vt in Saule: 182.
Denominatio Tonorum muſicæ à Planetis. 57.
Deuotio per muſicam excitatur. 80. 82. 149. 168. & 180.
Deus ſolus honorandus, & adorandus, ac illi tantum ſacrificandum. 131. & 148.
Dialectica muſica indiget. 78.
Diapaſon, Diapente, Diateſſaron, quid. 8.
Diaulus muſicum inſtrumentum. 16.
Dichordium muſicum inſtrumentum. 17.
Diebus ſolemnioribus, & feriatis, quarè diuerſimodè canatur. 48.
Dieſis quid. 9.
Digniora ſunt præferenda. 45.
Dignitas Pontificia maior omnibus. 102.
Dionyſium carmen, quid. 133.
Diſcordia Populi muſica ſedatur. 188.
Diſplicentia muſicæ malæ vitæ ſignum. 149.
Diſtantia muſica Planetarum. 56.
Diſtantia inter Cælum, & Calura. 54. & 56. & in Miſcellan. 2.
Dithyrambon carmen, quid, 132. & 179.
Diuiſio, e ſeu diſtinctio rerum, vtilis. 3.
Diuiſio muſicæ. 3.
Diuiſio vocis. 5.
Doctores, qui muſicam exercuerunt. 119
Doctorum Iuris dignitas. ibid.
Dolium danaidum prouerbium. 141.
Dolores omnes muſica minuuntur. 183. & 186.
Dorius modus, quis. 58. & 162.
Duces exercitus muſici. 117.
Ducum exercitus nobilitas. ibid.
Dulcinum muſicum inſtrumentum. 17.
Duplaris numerus, quid. 8.

E

E*brietas muſica curatur.* 183. & 184.
Eccleſia Cattolica Ramana muſicam in Sacris functionibus permittit. 81.
Effectus muſicæ. ibi.
Egyptij muſicæ æſtimatores. 135.
Elegia, quid. 138.
Elementorum harmonia. 71. & 73.
Elementorum qualitates duæ. 71.
Elementorum qualitates propriæ, & accidentales. 72.
Elementorum concordantia, & diſſonantia. ibid.
Elephantes muſica delectantur. 177.
Eliſæus profetauit muſica. 180.
Elymon inſtrumentum. 17.
Embaterium carmen, quid. 165.
Empedocles muſica furorem ſedabat. 172.
Epigonium inſtrumentum muſicum. 17.
Epiſcopi muſicæ profeſſores. 104.
Epitritus numerus, quid. 8.
Epogdous numerus quid. ibid.
Equi muſica delectantur, 163. & 176.

Digitized by Google

Etherogeneum; quid. 71.
Eunuchi qui dicantur. 86.
matrimonium contrahere non poſſunt. ibid.
cur vocem ſubtilem retineant. 87.
Exempla antiquorum muſicam æſtimantium, nam illa vtebantur in ſacris perficiendis. 131. *in conuiuijs celebrandis.* 134. *in funeribus.* 136. *in ludis, in ſpectaculis.* 140. *& in omnibus alijs ſerijs negotijs peragendis.* 126 *&* 140.
Exemplis reſclarior fit. 164.
Exſtimatio muſicæ apud omnes gentes. 125. *&* 128.

F

Fabri poſſunt à vicinia expelli propter rumorem. 96.
Fagotto muſicum inſtrumentum. vid. Ver. dulcinum.
Falangio morſi, muſica vtantur. 188.
Febris muſica curatur. 188.
Ferdinandus III. Imperator muſicus. 112.
Fælicitas Paradiſi, muſica. 46.
Feminæ muſicæ. 123.
Fenix inſtrumentum. 19.
Fides inſtrumentum. 17.
Figura Cælorum. 55. *& in* Miſcellan. 2.
Finis muſicæ Dei laus. 48. *&* 81.
Fiſtula inſtrumentum muſicum. 17.
Flauianus choros diuiſit. 105.
Fonaſus inſtrumentum. 19.
Fornix inſtrumentum. 19.
Fortitudo Animis hominum muſica immittitur. 164. *&* 185.
Franciſcus Quartus Luſitaniæ Rex muſicus. 114.
Frigidum quid. 71.
Funera Antiquorum muſica celebrabantur. 136.
Funerum pompa ad quid. 139.
Furor muſica ſedatur. 170. 171. 172. 173. *&* 182.

G

Generalibus cognitis, cognoſcuntur particularia. 36.
Gentiles muſicæ æſtimatores. 128. 132. *&* 140.
Geometria recipit vtilitatem ex muſica. 78.
Cingra inſtrumentum muſicum. 19.
Gloria Patri, à quo iniunctum in fine pſalmorum 100.
Grammatycæ vtilitas ex muſica. 77.
Gratiæ Iouis filiæ, & Nomina. 28.
Græci muſicam æſtimabant. 126. 138. 140. *&* 167.
S. Gregorius muſicus fuit. 101.
Gringen, quid. 137.
Gubernantibus eſt neceſſaria muſica. 90. *&* 129.
Guido Aritinus muſicus. 107.
Guſtus quarumdam rerum, muſica eſt. 49.

H.

Habitus Intellectus, quinque. 36.
Harmonia quid ſit. 7.
Harmonia Cælorum, quare à nobis non intelligatur. 51.
Harmonia corporis. 65.
Harmonia Elementorum. 71. *&* 73.
Harpa muſicum inſtrumentum. vid. Ver. barbitos.

Hebrei muſica eſt matares. 138.
Hemiolius *numerus, quid.* 8.
Heraclidæ *Populi muſicæ æſtimatores.* 168.
Hercules *magnus exercitus Dux, muſicus.* 91. & 118.
Hipparchion *mutus, adagium.* 141.
Hippopborbon *inſtrumentum muſicum.* 19.
Hominibus *omnibus muſica neceſſaria.* 96.
Homo *omnium creaturarum digniſſimus.* 64.
Homogenium, quid ſit. 71.
Honeſtas muſica acquiritur. 136. & 187
Honor debetur virtuti. 100.
Honor muſicis debetur. 87.
Horologium 13.
Humani corporis menſura. 65.
Humidum quid ſit. 71.
Humores corporis elementares. 70.
Humorum diſtributio muſica. ibid.
Hyberni muſici inſignes. 130.
Hydraulos organum aqueum. 19.
Hymnus quid. 179.
Hymnus Gloria Patri, Filio. & Spiritui Sancto in fine Pſalmi, à quo iniunctus. 100.
Hypodorius tonus. 58.
Hypophrigius tonus. 59.
Hypolidius. ibid.
Hypermiſſolidius tonus. ibid.

I.

IEricho *muſica expugnata.* 166.
Ignis qualitates. 72.
Ignorantia muſicæ iniuria. verb. Dedecus.
Imperatores, qui muſicam exercuerunt. 108.
Imperatoris dignitas. ibid.
Indi Populi, muſica vtentes. 132.
Indiæ deſcriptio. ibid.
Infantes muſica obdormiunt. 163.
Infirmitates multæ, muſica curantur. 183.
Infirmitates ex peccatis originem habent. 190.
Inflammationes corporis muſica curantur. 185.
Inſania, muſica curatur. 187. & 188.
Inſtrumentum, quid. 9.
Inſtrumenta muſica, vſu frequentiora, eorum nomina, & inuentores. ibidem.
Inſtrumenta muſica in manibus Deorum antiquitus, quarè. 128.
Inuentores muſicæ. 33.
Ionica modulatio, quæ. 162.
Iouis diſtantia à Saturno. 56.
Ira, muſica concitatur. 164. & 167.
Ira, muſica ſedatur. 170. & 182.
Iſchiatica muſica curatur. 187.
Iudicibus Gubernatoribus, muſica neceſſaria. 90. & 129.
Iuris peritis muſica neceſſaria. 90.
Iuris periti, nobiles, & muſici. 119.

K.

P. *Kircherius muſicus.* 108.

L.

LAbores *muſica leniuntur.* 79. & 180.
Lacedæmones Muſicæ æſtimatores. 141. & 164.
Lacones Populi muſicæ æſtimatores. 167.
Latini priſci, muſicæ æſtimatores. 142.
Laus muſicæ. vid. Ver. muſicæ laus.

Digitized by Google

Leges muſica olim adiſcebantur. 187.
Legiſtis muſica neceſſaria. 90.
S. Leo Papa, muſicus. 191.
Leopoldus primus Imperator muſica amator. 112.
Leutum inſtrumentum muſicum, vid. Ver. teſtudo.
Libros componentes prælationem habeni inter Doctores. 119.
Lidius modus, quis. 59. & 162.
Linterculus inſtrumentum. 19.
Linus carmen, quid. 137.
Lituus muſicum inſtrumentum. 19.
Ludouicus Decimus Tertius Francorum Rex, muſicus. 105.
Ludouicus Decimus Quartus, Francorum Rex, ſimiliter muſicus, ibid.
Ludi, & ſpectacula, olim muſica fiebant. 140.
Ludorum genera. ibid.
Lugubris cantio, Cinus dicta quarè. 137.
Lunæ diſtantia à Mercurio. 56.
Lupi, muſica delectantur. 177.
Luſciniæ comparatio, deſcriptio, & fabula 151.
Lyra inſtrumentum muſicum: & eius inuentores. 19.
Lyra ſignum Cæleſte. ibid.
Lyrici Poetæ vndè dicti. ibid.

M

Magadis inſtrumentum muſicum. 21.
Magiſtri muſicæ docere volentes Romæ, debent licentiam habere à deputatis Confraternitatis muſicorum. 169.
Magiſtri muſicæ non poſſunt expelli à vicinia propter rumorem. 90.
Magiſtri Capellæ Romæ, non admittuntur, niſi iurent, ſeruare conſtitutionem Alexandri VII. 169.
Magni Viri, qui muſici fuere. 99.
Malencholia muſica curatur. 188.
Mandora inſtrumentum. 21.
Manuchordium ibid.
S. Marcellus Pontifex muſicus. 100.
Margaritum inſtrumentum muſicum. 21.
Martis diſtantia à Ioue. 56.
Maximilianus I. Imperator muſicus. 111
Medici inſignes muſici. 119.
Medicina vtilitatem recipit ex muſica. 79.
Medici tenentur ſuadere infirmis, vt confiteantur. 190.
Medicis muſica neceſſaria eſt. 90.
Melodia quid. 7.
Membra principaliora corporis. 69.
Membrorum corporis diuiſio. 65.
Memoria muſica iuuatur. 187.
Menſura humani corporis. 65.
Mercurij diſtantia à Venere. 56.
Meretrices Sirenis aſſimilantur. 157.
Midas Rex Phrygiæ muſicæ iudicium ferens. 116.
Militibus eſt neceſſaria muſica. 90.
Mineralia muſicè compoſita. 50.
Minotaurus iratus muſica placatus. 170.
Miſſolidius modus canendi quis. 59.
Modulatio quid. 7.
Modulationum, ſeu Rhythmorum genera diuerſa. 162.
Modus canendi duplex per B. quadrum, & per B. mol, quare. 59.
Monaulum inſtrumentum muſicum. 21.
Monialibus eſt neceſſaria muſica. 93.
Monochordium inſtrumentum. 21.
Morbi ex peccatis originem trahunt. 190
Morbi plures muſica curantur. 183.
Mores Muſica inſtituit. 126. 165. 178. 183.

Digitized by Google

Hebrei muſica eſt matares. 138.
Hemiolius numerus, quid. 8.
Heraclidæ Populi muſicæ æſtimatores. 168.
Hercules magnus exercitus Dux, muſicus. 91. & 118.
Hipparchion mutus, adagium. 141.
Hippophorbon inſtrumentum muſicum. 19.
Hominibus omnibus muſica neceſſaria. 96.
Homo omnium creaturarum digniſſimus. 64.
Homogenium, quid ſit. 71.
Honeſtas muſica acquiritur. 136. & 187
Honor debetur virtuti. 100.
Honor muſicis debetur. 87.
Horologium 13.
Humani corporis menſura. 65.
Humidum quid ſit. 71.
Humores corporis elementares. 70.
Humorum diſtributio muſica. ibid.
Hyberni muſici inſignes. 130.
Hydraulos organum aqueum. 19.
Hymnus quid 179.
Hymnus Gloria Patri, Filio. & Spiritui Sancto in fine Pſalmi, à quo iniunctus. 100.
Hypodorius tonus. 58.
Hypophrigius tonus. 59.
Hypolidius. ibid.
Hypermiſſolidius tonus. ibid.

I.

IEricho muſica expugnata. 166.
Ignis qualitates. 72.
Ignorantia muſicæ iniuria. verb. Dedecus.
Imperatores, qui muſicam exercuerunt. 108.
Imperatoris dignitas. ibid.
Indi Populi, muſica vtentes. 132.
Indiæ deſcriptio. ibid.
Infantes muſica obdormiunt. 163.
Infirmitates multæ, muſica curantur. 183.
Infirmitates ex peccatis originem habent. 190.
Inflammationes corporis muſica curantur. 185.
Inſania, muſica curatur. 187. & 188.
Inſtrumentum, quid. 9.
Inſtrumenta muſica, vſu frequentiora, eorum nomina, & inuentores. ibidem.
Inſtrumenta muſica in manibus Deorum antiquitus, quarè. 128.
Inuentores muſicæ. 33.
Ionica modulatio, quæ. 162.
Iouis diſtantia à Saturno. 56.
Ira, muſica concitatur. 164. & 167.
Ira, muſica ſedatur. 170. & 182.
Iſchiatica muſica curatur. 187.
Iudicibus Gubernatoribus, muſica neceſſaria. 90. & 129.
Iuris peritis muſica neceſſaria. 90.
Iuris periti, nobiles, & muſici. 119.

K.

P. *Kircherius muſicus.* 108.

L.

LAbores muſica leniuntur. 79. & 180.
Lacedæmones Muſicæ æſtimatores. 141. & 164.
Lacones Populi muſicæ æſtimatores. 167.
Latini priſci, muſicæ æſtimatores. 142.
Laus muſicæ. vid. Ver. muſicæ laus.

Lege

Leges muſica olim adiſcebantur. 187.
Legiſtis muſica neceſſaria. 90.
S. Leo Papa, muſicus. 191.
Leopoldus primus Imperator muſicæ amator. 112.
Leutum inſtrumentum muſicum, vid. Ver. teſtudo.
Libros componentes prælationem habent inter Doctores. 119.
Lidius modus, quis. 59. & 162.
Linterculus inſtrumentum. 19.
Linus carmen, quid. 137.
Lituus muſicum inſtrumentum. 19.
Ludouicus Decimus Tertius Francorum Rex, muſicus. 105.
Ludouicus Decimus Quartus, Francorum Rex, ſimiliter muſicus, ibid.
Ludi, & ſpectacula, olim muſica fiebant. 140.
Ludorum genera. ibid.
Lugubris cantio, Cinus dicta quarè. 137.
Lunæ diſtantia à Mercurio. 56.
Lupi, muſica delectantur. 177.
Luſciniæ comparatio, deſcriptio, & fabula 151.
Lyra inſtrumentum muſicum: & eius inuentores. 19.
Lyra ſignum Cæleſte. ibid.
Lyrici Poetæ vndè dicti. ibid.

M.

Magadis inſtrumentum muſicum. 21.
Magiſtri muſicæ docere volentes Romæ, debent licentiam habere à deputatis Confraternitatis muſicorum. 169.
Magiſtri muſicæ non poſſunt expelli à vicinia propter rumorem. 90.
Magiſtri Capellæ Romæ, non admittuntur, niſi iurent, ſeruare conſtitutionem Alexandri VII. 169.
Magni Viri, qui muſici fuere. 99.
Malencholia muſica curatur. 188.
Mandora inſtrumentum. 21.
Manuchordium ibid.
S. Marcellus Pontifex muſicus. 100.
Margaritum inſtrumentum muſicum. 21.
Martis diſtantia à Ioue. 56.
Maximilianus I. Imperator muſicus. 111
Medici inſignes muſici. 119.
Medicina vtilitatem recipit ex muſica. 79.
Medici tenentur ſuadere infirmis, vt confiteantur. 190.
Medicis muſica neceſſaria eſt. 90.
Melodia quid. 7.
Membra principaliora corporis. 69.
Membrorum corporis diuiſio. 65.
Memoria muſica iuuatur. 187.
Menſura humani corporis. 65.
Mercurij diſtantia à Venere. 56.
Meretrices Sirenis aſſimilantur. 157.
Midas Rex Phrygiæ muſicæ iudicium ferens. 116.
Militibus eſt neceſſaria muſica. 90.
Mineralia muſicè compoſita. 50.
Minotaurus iratus muſica placatus. 170.
Miſſolidius modus canendi quis. 59.
Modulatio quid. 7.
Modulationum, ſeu Rhythmorum genera diuerſa. 162.
Modus canendi duplex per B. quadrum, & per B. mol, quare. 59.
Monaulum inſtrumentum muſicum. 21.
Monialibus eſt neceſſaria muſica. 93.
Monochordium inſtrumentum. 21.
Morbi ex peccatis originem trahunt. 190
Morbi plures muſica curantur. 183.
Mores Muſica inſtituit. 126. 165. 178. 183.

Digitized by Google

183. & 187.
Morſus canum muſica curantur. 187. & *viperarum.* 188.
Mors vndè oriatur. 58. *per peccata accleratur.* 19
Morſus tarantulæ muſica medetur. 188.
Motus animi muſica curantur. vid. Verb. Animi motus.
Mulieres muſicæ. 123.
Mulieribus honeſtis muſica neceſſaria eſt. 94.
Muli ſono delectantur. 163. 177.
Mundi perituri aqua, & igne, prædictio Adæ. 96.
Mundi creatio harmonica. 49.
Mures muſica delectantur. 177.
Muri Ciuitatis Ierico muſica expugnati. 166.
Muſa inſtrumentum muſicum. 21.
Muſarum contentio, muſica; & comparatio. 156. & 159.
Muſæ nouem. 2.
Muſica quid ſit. 34.
Quotuplex. 3.
Ars liberalis. 35.
Scientia ſpeculatiua. 38.
Difficilis. 40.
Vndè dicta. 15.
Mundana quæ. 4.
Humana quæ. 4.
Inſtrumentalis quæ. 5.
Harmonica. / *Organica.* / *Rythmica.* } *quæ. ibid.*
Numeris conſtat. 38. & 39.
In Paradiſo exercetur. 45.
Ad pœnitentiam promouet. 149.
Poſt reſurrectionem Iudicij, vocalis erit. 47.
Omnia muſicè creata, & compoſita ſunt. 49.
Res ſacra dicta à Pythagoricis. ib.
Reſpublicas regit. 59.
Omnibus neceſſaria. 88.
Omnibus vtilis. 77. 78. & 79.
In ſacris adhibita. 131.
In Conuiuijs. 134.
In funeribus. 136.
In bello. 164.
In ludis, & ſpectaculis. 140.
Theatrica, tantum fieri in Eccleſijs probibetur. 168.
Muſicæ ſubiectum anima eſt. 40.
Inuentores, quando inuenta, & vbi. 33.
Antiquitas. ibid.
Cognatio cum anima. 149.
Cum oratione ſimilitudo. 80.
Finis ad laudandum Deum. 48. & 81.
Effectus varij. 161.
Muſicæ laus, & nobilitas.
Antiquitate. 42.
Similitudine. 151.
Ex: Opinione. ibid.
Obſeruatione 45. & 125.
Vtilitate. 77.
Neceſſitate. 88.
Magnis viris. 99.
Exemplis. 125.
Effectibus. 161.
Muſici triplicis generis. 34.
Muſici remunerandi ſunt. 87.
Muſici benè canentes comparantur Muſæ. 158.
Sirenis. 156.
Cygnis. 154.
Angelis. 159.
Muſicæ. 88.
Muſicorum peccata in cantando. 83.

Muta-

Mutatio Tonorum tempore feſtiuitatum, quarè. 48.
Mutus Hipparchion prouerbium. 141.

N.

NAbla inſtrumentum muſicum. 21.
Naccara inſtrumentum. vid. verb. Crotalum.
Naulum inſtrumentum muſicum. 21.
Neapolis vndè dicta. 157.
Neceſſitas muſicæ. 88.
Negotiatoribus neceſſaria muſica. 91.
Nenia lugubris cantio. 137.
Nero Imperator muſicus. 109. 142. & 170.
Naui corporis ſignificatiui. 70.
Nicolaus Primus Pontifex, muſicus. 103
Nobilis verbum indifferenter accipitur. 89.
Nobilitas ex antiquitate oritur. 42.
Nobilitas muſicæ, & laus. vid. in verb. Muſica laus, & Nobilitas.
Nocturna muſica neceſſaria. 95.
Notæ Muſicæ, Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, à quo inuentæ. 107.
Numeri in muſica. 8. & 39.
Numeri Symphonias muſicas cauſãtes. 8.

O.

OBiectiones oppoſitæ contrà muſicam, refelluntur. 142.
Ocium malorum incitamentum. 94.
Odontiſmus inſtrumentum muſicum. 22.
Omnia ſuperiora, & inferiora, muſicè compoſita, & creata. 49.
Omnes Artes vtilitatem recipiunt ex muſica. 79.
Omnibus ſcientijs, & artibus, muſica neceſſaria. 88.
Omnibus hominibus eſt neceſſaria muſica. 56.
Operarijs quibuſcunque, eſt neceſſaria muſica. 91.
Opinio Vulgi magnam habet vim. 151.
Oratio, & muſica, ſimiles. 80.
Oratio quid ſit. ibid.
Orationis vocalis rationes. ibid.
Oratorijs priuatis muſica neceſſaria. 95.
Oratoribus muſica neceſſaria. vid. verb. Rethorica.
Orbis muſicè compoſitus. verb. Mundi.
Ordo Angelorum, muſica eſt. 46.
Ordo ſeruari debet in omnibus. 100.
Organum inſtrumentum muſicum. 22.
Orpheus inſignis muſicus. 172.

P.

PAndora inſtrumentum muſicum. 22.
Paradiſi felicitas muſica. 46.
Parãdum inſtrumentum muſicum. 22.
Parœniæ inſtrumentum muſicum. 22.
Paſſiones animi muſica recreantur. 181. & 186.
Pax in communitatibus, muſica ſubſiſtit. 50.
Pax muſica procuratur. 186.
Peccare quando dicantur, muſicam facientes, & audientes. 35.
Peccata mortem accelerant, & infirmitates afferunt. 191.
Pecora muſica delectantur. 177.
Pectis inſtrumentum muſicum. 23.
Pelagius II. Pontifex muſicus. 102.
Perſonis Spiritualibus, neceſſaria muſica. 92.
Pes menſura. 65.
Peſtis muſica curatur. 185.

Pæon carmen quid. 179.
Pictores musici. 121.
Pictura laus, & dignitas. ibid.
Pictoribus neceſſaria musica. 91.
Picus Mirandula musicus. 121.
Pietas, musica excitatur. 180.
Piſcis Pſyphia, vulgò peſce Spada, musica capitur. 176.
Piua Paſtoralis. vid. verb. Vtriculus.
Phalangij, ſeù Tarantulæ morſus musica curatur. 188.
Philippus IV. Hiſpaniarum Rex, musicæ amator. 115.
Philomela, vid. verb. Luſcinia.
Philoſophia vtilitatem recipit ex musica. 79.
Philoſophi musici. 119.
Phœnices Populi musicæ æſtimatores. 137.
Phonaſcus inſtrumentur. 19.
Phrenesis musica curatur. 187.
Phrigius modus quis. 58. & 162.
Plagiaton inſtrumentum musicum. 23.
Planetæ ſeptem. 55.
Planetarum diſtantia, & proportio, musica. 56.
Planetarum proportiones musicæ. ibid.
Planetarum magnitudo. 57.
Planetæ Tonos conſtituerunt. 57.
Plato musicus. 120.
Plectrum musicum inſtrumentum. 23.
Plutarchus musicus. 121.
Podagra musica iuuatur. 186.
Poetarum authoritas æſtimanda. 75. & 172.
Poeſis neceſſaria musica. 91.
Poeſis vtilitas ex musica. 78.
Pontifices, qui musicam exercuerunt. 102
Pontificia dignitas maior omnibus. ibid.
Pœnitentia musica excitatur. 149.
Populi omnes musicæ æſtimatores. 126.
Presbyteri musici. 106.
Præfices quæ. 137.
Principes, & Duces exercitus, musici. 117.
Principibus eſt neceſſaria musica. 90. & 129.
Prophetæ quidam musica prophetarunt. 180.
Proportiones musicæ Cælorum. 54.
Prouerbium Mutus Hyporchion. 141.
Prouerbium cygnea vox. 154.
Prouerbium Dolium Danaidum. 141.
Pſalterij diuisio in ſeptem dies hebdomadæ à Diu. Damaſo. 100.
Pſalterium musicum inſtrumentum. 23.
Pſaltes inſtrumentum. 24.
Psithyr inſtrumentum. 24.
Pudicitia musica tuetur. 187.
Pueris musica neceſſaria. 91. & 126.
Pythagoras musicus. 120. 171. & 182.

Q.

Quadruplus numerus quid. 8.
Qualitates corporis ab Elementis. 70.
Qualitates Elementorum. 71.
Quartana musica curatur. 188.
Quinque chordium inſtrumentum musicum. 24.

R.

Rabies musica curatur. 187.
Raucedo vndè proueniat. 146.
Reges qui musicam exercuerunt. 113.
Regis dignitas, maxima. ibid.
Religioſi musici. 107.
Religionis origo. ibid.
Respublica musica gubernantur. 50.

Re-

Rethorica vtilitatẽ recipit ex musica. 78
Rhythmorum musicorum genera diuerſa. 162.
Romani antiqui musicam æſtimabant. 133.136.& 166.

S.

Sacerdotes dicuntur medici Animarum. 191.
Sacrificia antiqua nunquam sinè musicâ. 131.
Sacrificia Chriſtianorum cum musica quarè. ibid.
Sacrificium ſoli Deo viuo, & vero faciendum. ibid.
Saggittæ, & similia à corporibus musica eruuntur. 185.
Sambuca inſtrumentum musicum. 24.
Sancti honorandi. 100.
Sancti qui musicam exercuerunt. ibid.
Sanitas corporis musica eſt. 51.
Sanitas musica conſeruatur. 184.
Saturni diſtantia à ſummo Cælo. 56.
Saul à ſpiritu vexatus, musica recreabatur. 182.
Scientia musica dicitur. 38.
Scolion carmen quid. 135.& 179.
Scorpionis morſus musica curatur. 188.
Scriptura Sacra circà musicam tota verſatur. 193.
Seditio Populi, musica ſedatur. 186. & 188.
Semitonium quid. 9.
Siccum quid sit. 71.
Sigiſmundus Tertius Poloniæ Rex musicus. 116.
Signum bonæ vitæ, musicæ delectatio. 149.
Similitudo musicæ cum diuersis. 151. cum ſeqq.
Sirenes, quæ, & comparatio. 156.
Sirenum contentio cum muſis. ibid.
Siſtrum inſtrumentum musicum. 25.
Siticines qui. 136.
Socrates Philoſophus musicus. 120.
Solatium ex musica. 80.
Solimanus Turcarum Imperator musicæ amator. 111.
Solis diſtantia a Marte. 56.
Somnus musica conciliatur. 142. 163. & 186.
Sonus quid. 5.
Sordellina inſtrumentum musicum. vid. verb. Vtriculus.
Sordiculæ oculorum musica euelluntur. 185.
Spartani musica vtebantur in bello. 165
Species diuerſæ cantus, ex diuersis effectibus 179.
Spectacula musica fiebant. 140.
Spinetta musicum inſtrumentum. 26.
Spiritualibus perſonis neceſſaria musica. 92.
Spondæus pes, cur ità dictus. 132.
Statua Eunomij locris erecta. 129.
Statua Pronomi Thebis erecta. ibid.
Steſichorus musicus insignis. 153.
Stultitia musica curatur. 187.
Subiectum musicæ, anima. 40.
Surditas musica curatur. 188.
Sybaritæ musicam æſtimabant. 127. & 167.
Sympathia rerum cum anima, musica eſt. 49.& 163.
Symphoniæ musicæ; quæ. 7.
Symphonia inſtrumentum musicum. 27.
Syrinx inſtrumentum musicum. 27.

Ta.

T.

T*Arantulæ morſus, muſica curatur.* 188.
Temperantiam muſica iuuat. 162.
Tenor, Baſſus, Altus, & Cantus, undè originem trahunt. 51.
Termini muſici, qui. 7. & 8.
Terræ diſtantia à Luna. 56.
Terræ qualitates. 71.
Teſtudo inſtrumentum muſicum. 27.
Thebani muſicæ æſtimatores. 141.
Theologis muſica neceſſaria. 89.
Thiorba inſtrumentum muſicum. 27.
Tibia inſtrumentum muſicum. 28.
Tibicines Romani Tybur abeuntes, quarè. 133.
Timor muſica expellitur. 185.
Tintinnabulum inſtrumentum muſicum. 29.
Tintinnabula animalium collo, quarè appendantur. 80. & 162.
Titus Veſpaſianus Imperator, muſicus. 111.
Toni muſicæ, quarè mutentur pro temporis diuerſitate. 48.
Toni muſicæ à Planetis conſtituti. 57.
Toni muſicæ octo. 58.
Toni Autentici, & placales, qui. 59.
Tonorum nomina, & naturæ. 58.
Tonus quid ſit. 7.
Toſinon inſtrumentum muſicum. 29.
Trichordium inſtrumentum muſicum. 29.
Triplaris numerus quid. 8.
Tripus inſtrumentum muſicum. 29.
Triſtitia, muſica pellitur. 182.
Tromba marina. vide verb. tuba in fin.
Trombone. vid. verb. tuba.
Tuba inſtrumentum muſicum. 29.
Tympanum inſtrumentum muſicum. 30.
Tyrrheni Populi muſicæ æſtimatores. 133. & 136.

V.

V*Aldemarus Rex Danorum, muſica bella gerebat.* 67.
Veneris diſtantia à Sole. 56.
Vini vim retundet muſica. 181. & 184.
Viperarum morſus muſica curantur. 188.
Virginitas Deo grata, & eius præmium. 86. & 93.
Viri illuſtres muſici. 99.
Virtuoſi honorandi. 100.
Vis muſicæ. 64.
Vitalianus primus Pontifex, muſica floruit. 102.
Vocis qualitates, & diuiſio. 5.
Vocum diſſonantia Baſſus, Tenoris, Cantus, & Altus, undè prouenit. 51.
Vox quid ſit. 5.
Vox, cur in Eunuchis ſubtilis. 87.
Vrſi muſica delectantur. 177.
Vtilitas ex muſica reſultans. 77.
Vtilitati etiam leges obediunt. ibid.
Vtriculus inſtrumentum muſicum. 31.
Vulneribus muſica prodeſt. 186.

Z.

Z*Ooglossa inſtrumentum muſicũ.* 31.
Zylorganum inſtrumentum. ibid.

F I N I S.

ROMAE,

M.DC.LXV.



Ex Typographia Fabij de Falco.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google